UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Vltimarvm Volvntatvm, Svccessionvm, & Legitimationum materias distinctè continens

**Bero, Agostino**

**Venetiis, 1577**

Consilivm CLXXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96520

Visual Library

videntur aduerſari dictis filijs legitimatis,quib. Ni-
24 coloſia ſoror donauit; Primũ eſt. † ꝙ talis donatio
ẽt iurata fuit ipſo iure reuocata ꝑꝑ ſuperuenientiã
filiorum ipſius Nicoloſiæ ſtatim,& adhuc ẽt ipſa ui
uente iuxta l.ſi vnꝗ C.de reuoc.dona.& per Bar.in l.
Titia §.imperator ff.de leg.2.in l.1.& in l. ſi totas C.
de inoffi.dona. Secundũ eſt, ꝙ hæc donatio facta à
D.Nicoloſia de maiori parte ſuæ ſubſtantiæ,& ferè
de tota hæreditate paterna tãquam inofficioſa per
querelam inofficioſæ donationis potuit à filijs, &
nepotib.poſtea natis poſt mortẽ matris, & auiæ ſuæ
reuocari per l.1.l.ſi totas, & per totũ titulum C. de
inoffi.dona.& ibi Bar.Bal.& alij, uel ſaltem poſſunt
agere ad ſupplementũ legitimæ in bonis aui ex per
ſona matris,q̃ fuit hæres inſtituta in certa quantita
te pecuniarum pro dote,ut hr̃ in teſtõ aui ſui,iuxta
ea,quæ habentur per glo. Bartolum, & alios C. de
inoffic.donatio. ¶ Ad primum reſpondendo ultra
ea,quæ ſubtiliter adduxit præfatus Do. Conſultor,
25 conſiderandum eſt,† ꝙ illa reuocatio,quæ fit ex di-
ſpoſitione d.l.ſi unquam,dr̃, ſtatim quo donans ha
buit filios, ipſo iure ẽt in uita donatoris reuocata,
adeò ꝙ ipſi donatori competit ius uendicandi bo-
na donata,& condicendi illorum poſſeſſionem, ut
notab.uoluit Bart.in d.§.imperator in 2.col. uerſic.
quærit gl.& in d.l.ſi totas:Rei aũt uendicatio,& con
dictio, & quælibet actio perſonalis tollitur ſpatio
triginta annorum l.ſicut cum ibi not.C.de præſcrip.
triginta annorũ,& inſtitut.de perpet.& temp.actio.
& plenè hr̃ in c.fin.extra de præſcript.ergo præcluſa
fuit uia ipſis filijs d.D.Nicoloſię agendi,&reuocan
di dictam donationem ex remedio d.l.fin.quod cœ
pit ipſo iure competere D. Nicoloſiæ ſtatim,quo li
beros habuit,& iam ſunt anni quadraginta,&vltra.
An autem illud remedium d. l.ſi unquam per iura-
mentum donatoris tollatur,quod tenent Bart.in d.
§.imperator in final.uerbis,& Bal.in d.l.1.C.de inof-
ficio.donat.non examino, ſed pertranſeo nũc cum
opinione Bartoli,Baldi,& ſequacium.¶ Ad ſm vl-
tra ea,quæ præfatus D.Conſultor in ſuo conſilio re
tulit,tenendo,ꝙ D.Nicoloſia donauerit ea, q̃ prius
fuerant ſibi quæſita in hęreditate paterna,rñderi po
26 teſt,† ꝙ ius agendi ad ſupplementum,ac etiam que
relandi inofficioſam donationẽ tollitur per renun-
tiationem expreſſam factam ab eo, cui cõpeteret
ius querelam agendi,uel ad ſupplementum, quod
hodiè loco querelæ ſubrogatur,ut in l.omnimodo
C.de inoffi.teſta.& hr̃ per Bartolum,& alios in d.l.1.
& eſt text.notab.in l.cum donationibus, & ibi glo.
Bar.Bal.& alij,& in l.ſi quis filium in fin.C.de inoffi.
donatio.Sed D.Nicoloſia,vltra quod donauerit,ex
preſsè ẽt renũciauit,ut in inſtr̃o prædicto, ergo cen
ſetur ſublatum illud ius querelandi, ſeu agendi ad
ſupplementum,quod dicebatur ipſi Do. Nicoloſiæ
in bonis paternis competere. Ex quo infertur, ꝙ ſi
Do. Nicoloſia vltra dotes ſuas, uel ultra id,quod ei
fuit in teſtõ patris relictum,non potuit aliquid con
ſequi ſtante eius renunciatione,nepotes ex filijs ip-
ſius minus illud conſequi potuerunt, cũ ipſi ueniãt
ex perſona matris ſuæ, & ex iure illius per ea, quæ
uoluit Bal.in d.l.fi.in antepe.col.C.de pactis, de quo
ſupra mentionem feci. Secundo reſpõdetur,quòd
27 † ius querelandi teſtm̃ inofficioſum,ſeu donationẽ
ſimiliter inofficioſam præſcribitur à die aditæ hæ-
reditatis ſpatio quinque annorum,ut in l. ſi quis fi-
lium in fi.C. de inofficio. teſtamen. iuncta l. 1. C. de
28 inoffi.donatio.& eſt tex.in l.fi.C.eo.tit.Et † ius agen
di ad ſupplemẽtũ ſm Bar.in d.l.ſi quis filiũ ſimiliter
tollitur dicto ſpatio quinque annorum, ut uoluit
Bar.in auth.presbyteros la 1.C.de epiſcopis,& cler.

ſed ſm doctores magis cõiter tollitur ſpatio trigin
ta annorum, qm̃ ad ſupplemenrum agitur condi-
tione ex lege,uel alia actione perſonali,ut in l. om-
nimodo,& in l.ſcimus in princip.per illum textum,
& ibi glo.Salic.& alij cõiter C.de inoffi. teſta. Con-
dictio autem ex lege, & quælibet perſonalis actio
excluditur hmõi ſpatio triginta annorum,ut in d.l.
ſicut cum ſimilibus, & ita tenent doctores magis
cõiter,ut refert,& ſequitur Alex.in d.l.ſi quis filium
poſt Baldum,& Salic.ibi,& idem tenuit Angel.in l.
ſi pater §.ſi condictionem ff.de inoffi.teſt.cum alijs
allegatis per Alex.in d.l.ſi quis filium:Sed D. Nico-
loſia poſt aditam hæreditatem patris ſui à fratribus
ſuis legitimatis,quorum aditio ex pluribus cõſtat,
& maximè ex donatione, & renunciatione illis fa-
cta per ipſam D.Nicoloſiam,quam ipſi fratres acce
ptauerunt,ſuperuixit nedũ per annos quinque, ſed
etiam per annos triginta,& ultra,ut conſtat; quini-
mò à die dictæ hæreditatis aditæ vſque ad tempus
huius litis motæ effluxerunt anni quinquaginta &
vltra, ergo ſequitur, ꝙ amplius ad ſupplementum
legitimæ d.D.Nicoloſiæ agi non potuit. ¶ Præte-
rea reſpondeo, ꝙ licet ius agendi ad ſupplementũ
legitimæ aduerſus teſtm̃ patris duret per annos tri-
29 ginta,ut ſupra, † tamen ius agendi ad ſupplementũ
aduerſus donationem inofficioſam ſolũ per quin-
quennium durat,ſicut ipſa querela,text.eſt in d.l.fi.
C.de inofficio.donatio.& in terminis hr̃ per Salice.
qui ita declarat in d.l.ſi quis filium in fin.uerb.reſpõ
dendo textui in d.l.fin.licet Paul.de Caſt. ibi ꝯrium
ſentire videatur: ergo ſequitur,ꝙ hi nepotes ex filijs
D. Nicoloſiæ omnino dicuntur excluſi ab hoc iure
agendi ad ſupplementum legitimæ Do. Nicoloſiæ,
ad quod ipſi agunt ex perſona dictæ auiæ ſuæ, ut in
libello continetur. ¶ Non obſtat,ꝙ d. D. Nicoloſia
donando,ſeu renunciando dicitur enormiſſimè lę-
ſa,ut in libello præſupponitur; quia primo reſpon-
detur,ꝙ ſtantibus ijs,quæ in principio in primo du-
bio dicta,& concluſa fuerunt,nõ apparet de aliqua
enormi,nec enormiſſima læſione, cum ipſi filij legi
timati inſtituti vniuerſaliter excluſerint dictam D.
Nicoloſiam,cui certum quid iure inſtitutionis, &
30 ex cã dotis fuit relictum.Secũdo reſpõdeo, † ꝙ per
uerba inſtrumenti donationis, ſeu renunciationis
quæ ſunt multum prægnantia, & maximè quia pro-
miſſum fuit non contrauenire etiam prætextu ali-
cuius enormiſſimę læſionis, ipſi agentes nequeunt
ſe fundare in aliqua etiam enormiſſima lęſione per
ea,quæ uoluit Ioannes de Imol. poſt D. Ant. in ca.
cum contingat in col.73.& in c. quintauallis in col.
38.de iureiuran.& habentur per moder.repeten.ui-
delicet per D. Philippum Corneum in auth.ſacra-
menta puberum in 43.col.cum ſeq.C.ſi aduerſ.uen-
dit.Et hęc eſt communis opinio,ut ipſe ibi atteſta-
tur. In alijs inſiſtendum eſſe non putaui, ſed me in
totum ijs remittere uolui,quæ pleniſſimè, ac doctè
deduxit præfatus D.Nicolaus uir mea quidem ſen-
tentia iudicij integerrimi. Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Infans à ſolo principe,& non ab inferiore poteſt legitimari,ni ſi ei hoc quoque ſpecialiter conceſſum ſit: & num. 13.*
2 *Quid ſi data eſſet inferiori poteſtas legitimandi baſtardos,naturales,ſpurios,& quoſcunq; alios illegitimè natos,& num. 4.*
3 *Quid ſi haberet poteſtatem ſimpliciter illos legitimandi.*
5 *Quid ſi in priuilegio dictum eſſet,& quoſcunq; alios ex illegitimo coitu procreatos.*
6 *Quid ſi dictũ eſſet,& alios ex quocunq; illicito coitu ꝓcreatos.*
*Quid ſi in priuilegio clauſulæ derogatoriæ multum prægnantes eſſent appoſitæ num.9.*

*Quid*

7 Quid ſi infans legitimatus à Comite ſimpliciter legitimandi poteſtatem habente maior factus tacitè, uel expreſſè legitimationem de ſe factam ratificaſſet.

8 Nullum quod eſt, præſertim ex defectu iuriſdictionis, ratificari non poteſt.

10 Clauſulæ derogatoriæ in reſcriptis, & priuilegijs uirtus.

11 Ex adulterino coitu perſonæ odibiles, & à iure, & à canone multum reprobatæ naſcuntur.

12 Clauſula hæc derogatoria generalis, non obſtantibus legib. &c. non ſufficit, quando multa aduerſarentur, ſed de omnibus ſingularis mentio fieri debet.

13 Infans è principe tantum, & non ab inferiore emancipatur, legitimatur, & arrogatur.

14 Legitimatio, & diſpenſatio differunt, & quid vtraque ſit, & quomodo fiat.

15 Legitimatio cum clauſula abſq; præiudicio uenientium ab inteſtato dicitur diſpenſatio.

16 Legitimatio quando ad inſtantiã patris viuentis à Comite poſſit fieri abſq; citatione venientium ab inteſtato, & nu. 20.

17 Legitimatio eſt fauorabilis: diſpenſatio uerò odioſa.

18 Legitimatio facta à Comite ſimpliciter, et ad omnia non valet, ſi Comes habuit poteſtatem ſolum diſpenſandi, vel ſolum ad certam bonorum quantitatem, & abſque præiudicio uenientium ab inteſtato legitimandi.

19 In mandatis, & conceſſionibus eo, quod minus eſt, conceſſo, non cenſetur etiam maius conceſſum, imò nec è contra.

21 Legitimandi poteſtas à Papa ſeculari conceſſa quo ad feuda, et uaſalligia, ſolum ad ſecularia, non autem ad eccleſiaſtica extenditur.

22 Spurios etiam legitimatos ad bona eccleſiaſtica admitti eccleſia abhorret.

23 Abutens gratia, & priuilegio ſibi conceſſis tanquam indignus ijs priuatus dici debet.

24 Legitimatio, ſiue diſpenſatio ab inferiore cum cauſæ cognitione, & expreſſione iuſtæ, & probabilis cauſæ particularis fieri debet, neque ea præſumitur, & quæ ſit iuſta cauſa: Secus ſi à principe fieret, & nu. 32.

25 Diſpenſatio, ſeu diſpenſationis uim habens iuſtam cauſam ſpecialiter, & expreſſam requirit, alioquin eſt diſſipatio.

26 Cum illegitimis natis ex coitu diuino iure pro reprobato Papa abſq; cauſa diſpenſare non poteſt, neq; facere, ut habeantur, perinde ac, ſi ex uero, & legitimo matrimonio nati eſſent, ſecus in natis ex coitu humana lege reprobato.

27 In adulterijs lex canonica, & non imperialis ſeruari debet.

28 Diſpenſationis maximè cum illegitimis quatuor ſpecies, & quando legitimorum citatio in ijs faciendis ſit neceſſaria.

29 Legitimare qui poteſt ſpurium patre inſtante ſine cognitione cauſæ, & ſine citatione legitimorum extantium, & an diſpenſare eodem modo poſſit.

De diſpenſatione ad legitimationem, & è contra, an, & quomodo argumentum procedat.

30 Argumentum de minori ad maius affirmatiue non procedit.

31 Diſpenſatio, ſiue legitimatio ſecundum quid, & quoad quædam eſt quid maius, quàm legitimatio ſimplex, & quoad omnia.

32 In legitimatione facta à Comite quæ cauſa expreſſa iuſta cenſeatur, & quæ non.

33 Imperator legitimans ſpurium, extantibus filijs legitimis, & naturalibus etiam inſtante patre, iniquus eſt.

34 Filio ſpurio pater nihil donare, & relinquere debet etiam per indirectum nu. 36.

Fili ſpurij nec à patre ali, nec filij nominari poſſunt de iure ciuili, & quid de canonico nu. 35.

37 Nepos ex ſpurio an ab auo rectè inſtitui, uel ſubſtitui poſſit, & illi aliquid relinqui.

38 Legitimæ ſobolis appellatione in materia legitimationis ſpuriorũ, aut in diſpoſitionib. illorũ, qui comprehendant̃, & nu. 49.

39 Relictum nepoti ex ſpurio tanquam indigno non fiſco, ſed hæredibus legitimis applicatur, & latè nu. 51. & 53.

40 Fideicommiſſum relictum ſpurio tanquam caducum hæredi ſcripto, & grauato remanet.

41 Relictum ſpurio, ſiue nepoti ex eo, legitima ſobole extante, ſtatim eſt ipſo iure nullum, & legitimæ ſoboli acquiritur, neq; inſpicitur, nec expectatur tempus ſucceſſionis delatæ num. 46.

42 Nepotem legitimum ex ſpurio propter ſobolem legitimã extantem excludi à ſucceſſione aui, neq; auũ poſſe illi relinquere, dicitur principaliter fauorabile, neq; vllo modo odioſum.

L. fi. C. de naturalib. liber. diſpõ eſt fauorabilis, & non odioſa.

43 Diſponere paſſim, & ad libitum de rebus ſuis vnicuique liberũ non eſt, niſi eſſet miles, uel ad piam cauſam diſponeret, ſed ſecundum leges id facere debet.

44 Grauari ſine culpa ſua alterius fauore ſæpe fauorabile reputatur.

45 L. fin. C. de natur. lib. extenditur ad nepotem natum ex filio ſpurio, & quomodo, & ibi plenè declaratur.

46 In relicto facto ſpurio quo tẽpore inſpiciatur, an adſit legitima ſoboles, an tempore facti relicti, an uerò ſucceſſionis delatæ.

47 In l. fi. C. de natur. liber. non attenditur conſeruatio agnationis, uel familiæ, ſed ſolũ, ne legitima ſoboles à ſpuria excludatur.

48 L. fin. C. de natural. lib. quatenus loquitur de legitima ſobole nõ ſolum de filijs primi gradus, ſed de alijs quoq; legitimis deſcẽdentibus intelligitur.

50 Et an comprehendendo etiam ſub legitima ſobole neptem, intelligatur de ea quæ ob dotem datam eſſet à reliqua ſucceſſione excluſa.

Quid ſi legitima ſoboles cum iuramento approbaſſet donatum, ſeu relictum ſpurio, & promiſiſſet illum non moleſtare nu. 55

Et an ſit facienda differentia, an legitima ſoboles ſit ſui iuris per emancipationem, an in poteſtate nu. 60.

51 Excluſus ſemel durat ſemper excluſus, nec alios excludit.

52 Neptis excluſa à ſucceſſione aui propter dotem ſibi datam non dicitur excluſa à ſucceſſione fratris inteſtati.

54 Ius tertij quando opponi nequeat.

56 Promiſſio erronea, & in falſa cauſa fundata non nocet, & condici poteſt, etiam ſi cum iuramento facta foret.

57 Cauſa conſanguinitatis, & affinitatis in promiſione aliqua centur finalis, & error illius contractum, & promiſſionem ipſo iure uitiat.

58 Iuramentum adhoc, vt obliget, quid requirat.

59 Iuramentum per errorem inualidum redditur.

61 Inter emancipatos, & illos, qui ſunt in poteſtate quoad effectũ ſuccedendi nulla eſt differentia, quamuis aliqua ſit quod modum ſuccedendi.

62 Nepoti legitimo ex ſpurio nato ex coitu inceſtuoſo, & uetito non poteſt ab auo relinqui, aut donari.

63 Et quis ſit coitus, & inceſtuoſus.

64 Coitus adulterinus dr̃ de iure uetitus, punibilis, & inceſtuoſus.

## EPITOME.

LEgitimationem de infante ſpurio factam à comite ex defectu poteſtatis illius, ac etiam ex multis alijs, maximè extante ſobole legitima, non ualuiſſe, plenè hic demonſtratur.

Auus, extante legitima ſobole, nõ poteſt aliquid relinquere nepoti etiam legitimo nato ex ſpurio.

Et de intellectu l. fin. C. de natur. liber. multa dñr.

## CONSILIVM CLXXV.

REM arduam aggredior, ſi quidem conſultationi factæ ad impugnandũ legitimationem factam per D. Ioannẽ Antoniũ Gozadinũ comitẽ apoſtolicum de Ludouico ſpurio aſſerto filio olim D. Matthei de Grifonibus, & ad illius petitionẽ, q̃ plures clariſſimi aduocati rñdere, & demonſtrare conati ſunt, ꝙ Ioannes Galeatius filius legitimus, & naturalis d. Ludouici ad fideicõmiſſum factũ in teſtõ d. Do. Matthei de iure admitti poſſit, & debeat: nr̃æ uerò partes erũt ultra replicatiões, quas primus aduocatus ad fauorẽ magnificarũ dd. Cõſtãtiæ, & Miſinæ hr̃dũ in effectu ab

inteſtato olim D.Hierony.nepotis ex filio legitimo,
& naturali d.Matthei teſtatoris doctiſſimè accõmo
dauit,illas tueri,& iura dictarũ dñarum defendere,
ac legitimationẽ p̃dictã rectè impugnatã breuiter
oſtendere.¶ Primum motiuũ, quo dr̃ legitimatio-
nem hmõi nõ ualere,eſt,quia Ludouicus legitima
tus eo tp̃e,quo habilitatus fuit,infans erat,ut in in-
ſtr̃o legitimationis p̃ſupponitur,& nõ negatur, ſed
1 notiſſimi iuris eſt,† ꝙ ſolus princeps infantẽ legiti
mare põt,& non inferior,ut comes,niſi ſpãliter ſibi
hoc fuerit conceſſum,ut uolunt Bal.& Ang.in l.in-
uiti ff.de his,q ſunt ſui,uel alieni iuris, & Ang. in q.
incipien.quidã nobilis genere,Bal.in l.iubemus C.
de emancipa.liber.& arg.not.per Bal.in l.cũ adopti-
uus §.fin.C.de adopt.Soc.in l.Gallus §. forſitã in ult.
col.ff.de lib.& poſth.& in l.quidã relegatus in 3.col.
ff.de rebus dubijs,qui atteſtatur Alex. hoc tenuiſſe
in quodã ſuo conſilio, qd̃ impreſſum non reperit:
Idem uoluit Soc.in conſ.295.in cã,q̃ filios lib.2. Bal.
in cõſi.67.ſuper primo,& conſ.239. primo eſt viden
dum,& in conſi.413.quidã vxoratus.2.lib.Dec. in ꝯſ.
55.& examinant moderniſs.in c.per venerabilem in
44.col.cũ ſeq.extra qui fil. ſint legit. qui idẽ ſequuti
ſunt,& Franciſc. de Curt. in conſ. 64. ſerioſa narra-
tione &c.qui atteſtatur doct.magis cõiter iſtud uel
le,& ideò hæc opinio in conſulendo,& iudicando
ſequenda eſt &c.Et licet multi contrariũ tenuerint,
quos refert Dec.in conſi.316.tñ pro maiori parte lo
2 quuntur, † qñ comiti data fuiſſet ptãs legitimandi
baſtardos,naturales, ſpurios cũ illa clauſula gñali,
& quoſcunq; alios illegitimè natos, per q̃ clauſulã
gñalem vñr comprehenſi ẽt infantes,furioſi, & alij
ſenſu,& mente carentes, ut uoluit Alex. in d. conſi.
non impreſſo relato,ut ſupra, de quo mentionẽ fa-
ciunt Dec.in d.conſ.55.& d.conſil.316.Corn.ꝯſ.172.
egregie diſcuſſa lib.1.& Bal.in conſ.67.ſuper primo
3 lib.j.Vel loquuntur,† qñ dubitatur ſimpl̃r,an infans
legitimari ab habente ptãtem illos legitimandi poſ
ſit,ex quo conſenſum nõ habet,& ꝯcludunt, ꝙ ſic,
ut uoluit Bar.in l.iubemus C.de emancip.in l.fi.ff.de
his,qui ſunt ſui,uel alie.iur.& in cõſi.418.quidã uxo
ratus lib.2.& conſ.133.titulus principis in fi. lib.3.&
Paul.de Caſt.in conſi.229.Viſo teſtõ,nõ aũt loquun
tur,qñ comiti ſimpliciter data eſſet ptãs legitiman-
di, an poſſit infantes ẽt legitimare, & ſi qui ſint,qui
hoc uelint,ut fuit Alex.in conſi.117.lib.& Bal.in cõ
ſi.399.primo eſt videndũ lib.1.& quidã alij, certè ꝯ
illos eſt cõis opinio doct.qui dicunt comitẽ in du-
bio non habere hmõi ptãtem legitimãdi infantes,
quia cenſet eſſe de reſeruatis principi, q̃ inferiori
non cõpetunt,niſi ſpãliter tranſlata in eũ fuerint c.
quod tranſlationem,&ibi gl.& doc.de offi.leg.1.c.j.
& ibi dñi feudiſtæ,q̃ ſint regal.in uſib.feud.& ꝙ iſta
ſit cõis opinio,apertè cõſtat ex primis allegatis,vbi
plures doct.pondero,numero, & menſura maiores
allegaui,qui fuerunt hanc ſñiam ſequuti. ¶ Nec ve-
rum vr̃,quod ex oppoſito dr̃, nos eſſe in caſu illius
limitationis,de qua ſupra proximè dictum fuit,cũ
4 qua ſcribentes cõiter pertranſeunt, † qñ in priuile-
gio comiti conceſſo eſſet dictum, & quoſcunque
alios &c. ꝙ comes tunc poſſit infantes legitimare;
quæ tñ legitimatio licet in ſe ualida ſit,non tñ effe-
ctũ ſortitur,niſi infans, de cuius p̃iudicio tractatur
ratione patriæ ptãtis,cui ſubijceretur, legitimatio-
nem de ſe factam ratam haberet,ut per Soci. in d.l.
Gallus,in §.forſitan,& in d.l.quidã relegatus ff.de re
bus dub.arg.§.generaliter in auth.quib.modis natu
ral.effic.ſui, qm̃ ſi rectè conſideretur priuilegiũ co-
miti conceſſum in caſu occurrenti, non ſumus in
caſu dictæ limitationis,ſed in alio penitus diuerſo,

nam aliud eſt,ꝙ illa verba vl̃ia geminata ſint poſita
ſimpliciter ad determinationem perſonarũ legiti-
mandarum,& cum ſolum reſpiciãt perſonas hmõi
ſimpliciter,ut aliquid addãt vltra perſonas,ſeu qua
litatem aliarum perſonarum denominatarũ, debẽt
intelligi,ut comprehendant ẽt infantes, & ſimiles,
arg.l.baliſta cum not.per Bar.ibi ff.ad Treb.& in ca-
ſu iſto procedit limitatio tradita à ſcribentib. cõi-
ter,q̃uis penes me ſit ẽt dubitabilis, quia præſuppo-
ſita cõi opinione,ꝙ infans regulariter ab inferiore
legitimari non poſſit,niſi ei ſpãliter fuerit hoc con-
ceſſum,dico ꝙ ſi comiti data fuerit ptãs legitiman
di ſpurios,baſtardos,& quoſcunq; alios illegitimos
&c.ſub illis verbis dicent comprehenſi alij, qui re-
gulariter à comite legitimari de iure poſſunt,quia
uerba vl̃ia ẽt geminata in materia reſtringibili,qua
lis eſt iſta,ut in §.illud in auth.quib. mod. naturales
effic.ſui cum ſimi.reſtringuntur,& intelliguntur de
habilitate l.1.C.de ſacroſan.eccle.cum ibi not.l.1.§.
nunciatio.ff.de nouis operis nunc.l.ſi qñ C.de inoff.
teſtam. Sed quia hic non eſt caſus noſter, pono ſm
5 † qñ in priuilegio dictũ fuiſſet,& quoſcunq; ex ille-
gitimo coitu procreatos,& ſic illa verba gñalia ge-
minata non ſimpliciter eſſent prolata, ſed ſm quid,
quia non ſolũ determinarent perſonas,ſed ẽt quali-
tates oẽs illiciti coitus, & tunc ẽt hmõi uerba non
comprehenderent infantes,cum non fuerint poſita
ſimpliciter ad determinationẽ perſonarũ, & ſuarũ
qualitatem,ſed ẽt qualitatũ illiciti coitus, ut eſt de
mente Decij in d.conſi.55.circa princip. & hic etiã
6 non eſt caſus noſter. Tertius caſus eſt, † qñ illa uer-
ba vniuerſalia geminata ſunt relata ſolũ, & poſito
ſimpliciter ad determinationem qualitatum illici-
ti coitus,& non perſonarum,ut quia dictũ eſſet, &
alios ex quocunq; illicito coitu procreatos &c. p̱
ut in priuilegio,de quo agitur,dictum fuit, & tunc
abſq; dubio non cõprehendunt hmõi uerba infan-
tes,& ſimiles,ſed illos, qui aliàs poſſent legitimari,
ẽt ꝙ ex quolibet coitu eſſent procreati, q̃a illa uer-
ba vniuerſalia non dñr poſita ad determinationem
perſonarum,ſed ſolum illegitimi coitus,igitur non
debent determinare perſonas aliàs inhabiles ratio-
ne ætatis,uel intellectus, & iſte caſus eſt penitus di-
uerſus à caſu,quẽ ſcribẽ.ponunt limitãdo,ut ſupra,
concluſionem cõem ſcribentium, caretq; hic ca-
ſus omni dubitatione, quamuis ſecundus forte eſ-
7 ſet dubitabilis. ¶ Non refragatur ẽt, † ꝙ ſi à Comi-
te habente ſimpliciter ptãtem legitimandi,qui po-
teſtatem legitimandi infantes habere non dr̃,ut ſu
pra,infantis legitimatio facta fuerit, talis legitima-
tio confirmat ſequuta ratificatione legitimati, de
cuius p̃iudicio agebat,ut in §. generaliter in auth.
quib.mod.natural.effic.ſui,& ſenſit Rom. in conſil.
163.in p̱poſita cõſultatione 3.col.q̃ ratificatio ſuffi
cit,ẽt ſi tacitè facta ſit l.paul.ff.rem rat.habe.Dec. in
conſi.316.in 3.col.Alex.in conſil.127. Viſo inſtr̃o 1.
col.lib.5.& in conſi.11.lib. 7. ſed in caſu occurrenti
Ludouicus in infantili ætate legitimatus factus ma
ior ſaltẽ tacitè legitimationẽ confirmauit,quia ip-
ſe tanq̃ filius legitimatus acceptauit donationẽ ſi-
bi ut legitimato à patre factã,ergo &c.Quia ad hoc
ẽt diligenter animaduertendum eſt,nam ſtante cõi
concluſione,de qua ſupra, ꝙ comes in dubio non
dicatur habere ptãtem legitimandi infantes, ut di-
ctũ eſt,& infra probabo,ſequitur, ꝙ legitimatio fa-
cta de infante dr̃ eſſe nulla ex defectu poteſtatis, &
incompetentiæ l.fi.C.ſi à nõ competen.iudi.& ideò
infert,ꝙ per ratificationem ſubſequutã non potuit,
nec poteſt confirmari,nec ualidari,tum quia cõſen
ſu priuatorum non datur iuriſdictio l. priuatorum
C.de

C.de iuriſd.om.iud.tum etiã quia iuriſdictio comi
tis,quæ dr̄ delegata ad vniuerſitatem cauſarum,ar-
gu.eorum,quæ hñr in l.ſolet ff.de iuriſdictione om
nium iudicum,de perſona ad perſonam nõ eſt pro
rogabilis ẽt de conſenſu partium, & iudidis cap. p.
& g.cum materia, & ibi not.extra de offic. delega.
ibiq; Abb.& cæteri cum alijs &c. tum etiam quia
8 † quod nullum eſt,ratificari,ſeu confirmari non po
teſt,& præſertim qñ nullum fuit ex defectu iuriſdi
ctionis,Spec.in tit.de offic.deleg. §. vlt.uerſi.quid ſi
committens l.obſeruare,& ibi Barr.ff.de offic. pro-
conſul.& in l.1.in 1.oppoſ.C.qui pro ſua iuriſdictio.
cum ſimilibus,& l.fi.C.ſi à nõ competen.iudi.¶ Nõ
9 aduerſatur ſimiliter, † ꝙ ex clauſulis derogatorijs
multum prægnantib. appoſitis in priuilegio cenſet
data ptãs legitimandi ẽt infantes,& ſimiles,ad tradi
ta per Andream Barbat.in conſi.34.aliàs 33.5.col. 2.
lib.Dec.in conſi.367.nu.5.quia huic obiectioni opti
mè fuit per primũ conſultorem partis noſtræ reſpõ
ſum:& in his terminis, præſuppoſitis dictis clauſu-
lis p̃gnantibus,ꝙ non cenſeatur data ptãs legitimã-
di infantes, præſupponit Barthol. Veronenſ.in ſuis
conſilijs ciuilib.conſi.66. in fi. & iſtud eſt de mente
doctorum cõiter,quos dixi hanc opinionẽ tenere,
qui loquuntur ẽt, qñ in priuilegio eſſent appoſitæ
clauſulæ derogatoriæ,illæ maximè, quæ reperiunt
deſcriptæ in priuilegio, de quo in præſentia agitur,
quæ non ſunt prægnantes,ſed in forma cõi,vcʒ non
obſtantibus conſtitutionibus,& ordinationib.apo-
ſtolicis,& legibus imperialibus, quæ clauſulæ cen-
ſentur poſitæ ad declarationem eorum, quæ fuerũt
ſpecialiter, & expreſſè prius conceſſa comiti, non
aũt per illas extendit conceſſio ad perſonas non cõ
prehenſas,& inhabiles, quarum legitimatio princi-
pi dr̄ reſeruata,qualis eſt perſona infantis, quæ à co
mite legitimari non põt, quia dr̄ de reſeruatis ipſi
principi,ut ſupra:& ideò niſi illud ſpãliter comi fue
rit in diſpõne conceſſum,non dr̄ tranſire d.c.quod
tranſlationem de offic.legat.cum ſimilib.ibi no.per
gl.& ſic per ſe non ſufficit clauſula derogatoria ẽt
pinguis, qm̃ non eſſet uerum dicere, ꝙ hoc modo
hmõi poteſtas diceretur ſpecialiter,& expreſſè cõ-
ceſſa,ſed tacitè,quod non ſufficit,ut in d.cap.quod
10 tranſlationem. ¶ Præterea † de natura cuiuſlibet
clauſulę derogatoriæ eſt declarare conceſſa, non
aũt illa ampliare,ut in reſcripto comprehendantur
non expreſſa,& reſeruata principi concedenti, cle.
1.de præben.Bal.in terminis noſtris in l.eam, quam
C.de fideicom.col.8. Præterea clauſula derogato-
ria ẽt pinguius non obſtantibus non facit, ut dicat
data poteſtas legitimandi perſonas multum odio-
ſas,non ex eo,ꝙ princeps non potuerit hoc conce-
dere,ſed quia noluiſſe vr̄,niſi ſpãliter derogetur le-
gibus imperialibus,ut uoluit Bald.in d.l.eã, quam 8.
col.uerſi.ſi uerò illa clauſula &c. Sed d. Ludouicus
natus fuit ex coitu adulterino à canone reprobato
11 c.1.extra ut lite non cõteſta. † ex quo coitu naſcun
tur perſonæ odibiles,& à iure, canone multum re-
probatæ c.per venerabilẽ qui filij ſint legit.in fi. au-
then.licet in fi.C.de natural.lib.auth. ex cõplexu C.
de inceſt.nupt. & tpe legitimationis ipſe Ludoui-
cus erat infans,cuius legitimatio principi erat reſer
uata,igit per clauſulas ſimpl̄r derogatorias non põt
dici data comiti hmõi ptãs legitimãdi. ¶ Præterea
12 † qñ aduerſant multa obſtantia, nõ ſufficit clauſula
generalis non obſtantib.legib.&c.ſed requiritur, ꝙ
de oĩbus obſtantibus ſingularis fiat mentio in clau-
ſula derogatoria Bal.in l.pen. C.de furt. in antepen.
col.Alex.in conſi.60.penul.col.2.uol.Sed in caſu no
ſtro plura obſtabant, quia legitimandus erat natus
ex adulterio,& infans;item extabant deſcendentes
maſculi legitimi,& naturales:p̃terea requiritur ſal-
tem,ꝙ in clauſula derogatoria dicat,non obſtanti-
bus aliquib.legibus imperialibus,quia illa generalis
non obſtantib.non ſufficit,vt colligit ex uerbis Bar.
in l.fi.C.ſi ꝯ ius,uel vtilit.publ.Alex.in conſi.187. col.
13 fi.lib.5.¶ Et † ꝙ infans à comite non poſſit legitima
ri,& ꝯñr dicatur de reſeruatis principi, ſic demon-
ſtratur:infans à principe tm̃,& nõ ab inferiore emã-
cipari põt,q̃uis conſentire non poſſit, ut in l. iube-
mus C.de emancipat.liberorum,& ibi Bar.& alij,er
go minus poterit infans ab inferiore à principe legi
timari,q̃a maius, & prędiudicialius eſt legitimare,q̃
emancipare,cũ per emancipationẽ liberet quis à pa
tria ptãte,per legitimationẽ uerò deſinat eſſe ſui iu
ris,& tranſeat in ptãtem patris naturalis,arg. not. in
l.adoptionib.in gl.in uerbo ꝯdicendo ff.de adopt.q̃
gl.reputat ſingularẽ Rom.in ſuo ſingul.606.incipiẽ.
tu ſcis,qđ ego,iuncta d.l.iubemus in fin. cũ ibi not.
per ſcriben.ubi infans abſq; eius conſenſu,quia ꝯdi
cere non põt, emancipari põt per reſcriptũ princi-
pis,quia ſic liberatur à patria ptãte, & tñ non põt ar-
rogari,quia conſentire non põt, quia in arrogatio-
ne requiritur ꝯſenſus,nec ſufficit,ꝙ non ꝯdicat d.l.
in adoptionibus:& hoc ex eo,quia per arrogationẽ
deſinit eſſe ſui iuris, & trãſit in ptãtem arrogatoris
l.cum in adoptiuis §.fin.C.de adopt.nam quem eſſe
ſubiectum patriæ ptãti onus,& grauamen eſt,eman
cipari uerò,& liberari à patria ptãte eſt honor,& li-
bertas §.hoc quocunq; Inſtit.per quas perſonas no-
bis acquir.¶ Secundo maius eſt legitimare,q̃ arro-
gare,ut in inquit Bal.in l.ſi te parens C.de ſuis,& le-
gitimis, ſed infans non põt arrogari ab inferiore à
principe,niſi iſtud ſibi per reſcriptũ principis fuerit
ſpecialiter cõceſſum l.2.§.arrogationes C.de adop.
§.illud propriũ inſtit.de adopt.ergo nec legitimari
ab inferiore poterit,niſi hoc princeps ſibi ꝯceſſerit,
qm̃ plus eſt legitimare,q̃ arrogare,ut ſupra:Ex quib.
oĩbus remanet firma illa opinio, ꝙ legitimatio fa-
cta de perſona Hieronymi fuit nulla,nulliuſq; robo
ris, etiã quod ex poſtfacto ab ipſo ratificata fuiſſet.
¶ Nec aduerſatur id,quod uolunt ſcribentes, Bart.
Salic.& alij in d.l.iubemus in fin.C.de emancipat.li-
bero.ꝙ infans legitimari poſſit,licet nõ habeat uel-
le,nec nolle,quia reſpondeo hoc uerum, qñ legiti-
maretur ab eo,qui habet ptãtem legitimandi,puta
uel à principe, uel ab inferiore, cui princeps hanc
ptãtem coaceſſiſſet,ut fuit de mente Baldi, Fulgoſ.
Angel.& aliorum in d.l.iubemus,& in d. l. inuiti ff.
de his, qui ſunt ſui, uel alieni iuris cum alijs ſupra
allegatis.¶ Alia quoq; ratione dicta legitimatio nõ
ualuit,quia illa non fuit legitimatio, ſed ſimplex di
14 ſpenſatio,† quæ ſunt diuerſæ naturæ, & in pluribus
differunt,nam legitimatio eſt illa, per q̃ quis legiti-
matus eſt ſimpliciter,& in totum ad omnia,q̃ com
petunt filijs legitimis,& naturalibus, uti hr̄ per Pe-
trum de Ancha.in conſi.226.§.ſi quis, & per totum
in auth.quibus modis naturales efficiantur ſui. Di-
ſpenſatio uerò eſt illa,per quam ſpurius, ſeu natura
lis reſtituitur non ad omnia, ſed fit legitimatus ſm
quid,& cum certis limitationibus,nã talis cõceſſio
non dr̄ legitimatio ſimpliciter,ſed ſm quid,quæ ꝓ-
priè dr̄ diſpenſatio,ut uoluit Alex.in conſil. 30.in 4.
vol.& in conſi.vlt.in 5.uol.faciunt,quæ hñr per ſcri-
bentes maximè Paul.de Caſtro in rubr. C. de iure
aureo.anul.& ideò ſi quis legitimatus fuit,ut poſſit
ſolum ſuccedere ad certa bona, & non vl̄ter, talis
nõ dicet legitimatus,ſed diſpẽſatus, quia legitima-
tus nihil differt à legitimis,& naturalibus,ut ꝑ An-
char.in d. conſi. & iſtud in terminis uoluit Alexan.

in d.conſi.30.& in d.conſi.vltimo,Soc.in conſi.246.
3.col.li.1.& fatentur ſcribentes poſt Bar.in l.ſi is,qui
15 pro emptore ff.de vſucapio. Similiter † dicetur di-
ſpenſatio, qñ fieret legitimatio cum clauſula abſq;
præiudicio venientium ab inteſtato, nam ſimplici
ter non dr̃,ſed ſm quid legitimatio fieri, & cũ hac
reſtrictione,ergo dicetur diſpenſatio propriè,quia
per illam ſpurius plenè non reſtituitur,ſed cum cer
ta modificatione, vt in terminis uoluit Baldus in
quodam conſilio ſuo poſito inter conſilia Angeli
nu.254.incipiẽ.uerba ſuccedere,& probatur ex ijs,
q̃ dñt Paul.de Caſtro,Roma.& Alex.in l.pactum C.
de collatio.& in l.ſed ſi hac §. patronus ff. de in ius
vocan.& Paul.de Caſtro in d.rub.C. de iure aureo.
anulo.& in l.ſi ab eo C.de legat. ergo conſtat legiti-
mationem,de qua diſputatur,propriè eſſe diſpenſa
tionẽ,quia habita relatione ad naturã priuilegij, q̃
ſemper attendi dẽt c.1.in fi.de duob.fratrib. à capi-
ta.inueſtit. facta fuit cũ illa clauſula abſq; ꝑiudicio
uenientium ab inteſtato; item ẽt apparet ipſum co
mitem à Papa habuiſſe ptãtem diſpenſandi, ſeu le-
gitimandi non ſimpliciter,ſed ſm quid,vc3 abſque,
præiudicio veniẽtiũ ab inteſtato per prædicta: ex
quib. infert̃,ꝙ licet hmõi diſpenſatio,ſiue legitima-
tio facta fuerit de d.Ludouico uiuente patre, & ad
illius petitionẽ,tñ ea debuit fieri citatis deſcenden-
16 tibus ipſius Matthei patris,† quia licet aliàs vera le-
gitimatio facta ad petitionem patris,& eo viuo nõ
requirat citationẽ legitimorũ,& deſcendentiũ legi
timorũ,& naturalium,ut inquit Bart. in l. Gallus §.
& quid ſi tm̃,quem doctores cõiter ſequuntur ff.de
liberis,& poſthu.tñ ſecus eſt in diſpenſatione, quæ
facta fuit ẽt uiuente patre,& ad eius inſtantiam, ut
uolnerunt docto.cõiter,quos refert, & ſequitur D.
meus Soc.in d.§. & quid ſi tãtum in ultimis uerbis,
& in conſilio ſuo præallegato 246.in 3.col.& rõ eſt,
17 † quia legitimatio eſt fauorabilis,|diſpenſatio uerò
odioſa cap.1.& 2.de filijs presbyterorum in 6.Alex.
in d.conſi.30.4.uol.& in d.vlt.conſ.5.uol.& maximè
hæc uera ſunt, qñ per priuilegium data fuiſſet ptãs
diſpenſandi,non aũt legitimandi propriè, & ſimpli
citer,ſed ſm quid,nec adiectũ fuiſſet,ꝙ ipſe comes
non poſſet legitimare, parte non citata, quia tunc
cenſeri dẽt,ꝙ fuerit conceſſa poteſtas ordinaria le-
gitimandi,vc3 mediante,ſeu interueniente citatio
ne legitimorum,& naturalium, de quorum præiu-
dicio tractari poterat argõ l.ſi qñ in prin.C.de inoffi.
teſta.& iuxta quæ hñr in l.nam ita diuus ff.de adop.
& per ſcribentes in d. §. & quid ſi tm̃, quininò uo-
18 luit D.Alex.in conſi.189.circa finem 5.uol.† ꝙ co-
mes habens poteſtatem diſpenſandi,puta abſq; præ
iudicio uenientium ab inteſtato,uel ſolum ad cer-
tam partem bonorum,ſeu hæreditatis, ſi abſolutè,
& ſimpliciter ad omnia legitimauerit,prout cõtin-
git in caſu noſtro,non ualebit legitimatio,quia tan
tam poteſtatem habuiſſe non dr̃, cum plus ſit legi-
timare quoad omnia, q̃ quoad quid tantum, licet
enim illi,cui conceditur plus, cenſeatur cõceſſum
id,quod minus eſt,nõ tñ è ꝯ,ut not.in c.plus,& in c.
19 cui plus de reg. iuris in 6. Et † vbicunque ſumus in
mandatis, & commiſſionibus factis à ſuperiore in-
feriori, nunquam ille,cui conceſſum eſt id, quod
minus eſt,põt exequi id,quod maius eſt,imò nec è
ꝯ,vt uoluit glo.per optima iura in d.ca. plus,& in d.
c.cui plus,& ibi Dynus,ſed nos ſumus in mandatis,
& commiſſionibus, ergo &c. ¶ Nec his obſtat id,
quod uoluit Paulus de Caſtro in l.ſolet ff.de iuriſdi-
ctione omnium iudic.& in rubr. C. de iure aureo-
rum anulorum,quia, ut ipſe atteſtatur, multi con-
trarium tenuerunt,& fortè melius,q̃ ipſe fecerit, ꝑ
ea,quæ uoluit glo.in d.c.plus,& in d.|ca. cui plus,&
ibi Dyn. Vel ſecundo dictum Pauli de Caſtro pro-
cederet, qñ comiti data fuiſſet poteſtas legitiman-
di ſimpliciter,& ſic quoad omnia, quia tunc ẽt po-
terit diſpenſare,& ſic legitimare quoad quid per il-
lam regulam,cui plus &c.ſed,ut dixi,illa regula nõ
habet locum in mandatis,ſeu cõmiſſionib.ſuperio
ris factis inferiori,ut ꝑ gl.in d.c.cui plus,& in c.plus,
& facit tex.in c.cum dilecta extra de reſcriptis cum
alijs allegatis in dictis gloſis. ¶ Et quamuis illud d.
Bar.in d.§.& quid ſi tantum de citatione, quæ non
eſt neceſſaria,qñ legitimatio fit uiuente,& petente
patre,ſecundum aliquos dicatur habere locum ẽt,
20 qñ patre petente fieret diſpenſatio à comite,† tñ di
cunt illud procedere ſolum,qñ ipſe comes uiuente
patre ſpurium legitimauit ſine citatione ſcienter,
ſecus ſi ignorãter,hoc eſt ſi ipſe comes ſciuerit rea-
liter extare legitimos, de quorum præiudicio agi
poſſet,quia tunc conſtat comitem uoluiſſe illis prę
iudicare, ſecus ſi ignoraſſet, vt declarat Ruinus in
conſi. ſuo incipien. Ieſu Chriſti &c. quia Mattheus
&c.circa medium, qui allegat iſtud uoluiſſe Alex.
in conſi.188.circa finẽ,& Abb.in cap.inter quatuor
de maioritate,& obedientia,& Roma.in conſi.369.
ſed in caſu occurrenti comes ignorauit extare,tũc
D.Hieronymum nepotem maſculum ex filio dicti
Matthei,prout extabat,quia iſtud non fuit ei narra
tum,& quamuis narratum fuerit,ꝙ eo tp̃e, quo Lu
douicum procreauit,ipſe Mattheus habebat quen-
dam filium legitimum,& naturalem, tñ non narra-
uit, ꝙ tempore, quo Ludouicus fuit legitimatus,
haberet filium legitimum, cum iam ille eſſet mor-
tuus,nec nepotem ex filio,ut apparet ex narratis in
ſupplicatione,ergo nõ ualuit hęc legitimatio, ſiue
diſpenſatio petente Mattheo patre, nõ citato dicto
nepote,de quo comes ignorauit per ea,quæ uoluit
Ruinus in dicto conſilio poſt Alexandrum,& alios.
¶ Alia ratione ẽt vr̃, ꝙ dicta legitimatio ſit nulla,
qm̃ comes, cui fuit conceſſum priuilegium legiti-
mandi,ſeu rectius loquendo diſpenſandi,videlicet
abſq; præiudicio uenientium ab inteſtato,in hac le
gitimatione abuſus fuit in multis priuilegio,|& gra
tia ſibi cõceſſis,primo non diſpenſando, prout fue
rat conceſſum,ſed pleniſſimè, & quoad oĩa legiti-
mando ipſum,ut ex tenore legitimationis apparet,
21 ſi uerba diſpoſitiuæ legantur: † item cum ipſe non
haberet poteſtatem legitimandi ad feuda, & bona
emphyteotica eccleſiaſtica,ſed ſimpliciter ad feu-
da; & uaſalligia,quo caſu intelligitur ſolum quoad
feuda ſecularia, non aũt eccleſiaſtica, quia laici in
eccleſiaſticis negotijs, & bonis ſe intromittere nõ
poſſunt, nec in dubio comprehenduntur ſub gñali
mandato: nunquam enim in dubio Papa cenſetur
ſeculari dare poteſtatem quoad eccleſiaſtica, niſi
hoc expreſsè dicat, ut colligitur ex textu cum ibi
not.per glo. & ſcribentes in c.decernimus extra de
iudic.Nec eſt ueriſimile,ꝙ Papa uoluerit iſtud con
22 cedere,† quia eccleſia abhorret, ut ſpurij ẽt legiti-
mati ad bona eccleſiaſtica admittantur, ut uolunt
docto.cõiter Alex.& Imol.in l.ex facto §.ſi quis ro-
gatus ff.ad Trebellianum, Alex.in l.3.in princ. in 1.
col.ff.de liberis,& poſthu. poſt Baldum, & Salic.in
l.generaliter §.cum aũt C.de inſtit.& ſubſt.ſub con
ditio.factis,& in c.quæ in eccleſiarum de conſtitut.
feudiſtæ etiam in ca.1.§.naturales poſt gloſſam ſi de
feudo fuerit controuerſia inter dominum,& agna
tum,& Alex.in conſi.60.2.uol.in 2.col. & Imol.in l.
quod dicitur in 7.col.ff.de uerborum obliga.facit
text. in dicto capi. quæ in eccleſiarum, & in capti.
fina.de rebus eccleſ.non alienan.Sed ipſe comes in
caſu

caſu occurrēti expreſsè legitimauit ad feuda,& bo
23 na emphyteotica ēt eccleſiaſtica,† ergo ipſe abuſus
fuit ſuo priuilegio,& poteſtate ſibi cōceſſa; & ideò
priuatus priuilegio;, & ptāte ſibi cōceſſis tanquam
indignus dici dēt cap.priuilegiū 11. q.3. & ibi gl. in
c.tuarum extra de priuilegijs, Abb.in c. ſuggeſtum
de decimis,Card.in clem.2. §. porro cū ibi not. de
hæret.Card.in c.2.in princ.per illum tex.de pœnitē.
& remiſs.quod eſt optimè notandū,& abſq; dubio
ſi inter bona cōceſſa,ſeu donata Ludouico fuiſſent
aliqua emphyteotica eccleſiaſtica, quoad illa non
poſſet dici legitimatus per p̄dicta.¶ Adhuc iſta le-
gitimatio fuit inualida,quia non fuit facta cum cau
ſæ cognitione,& non expreſſa cā iuſta,& probabili
24 in ſpecie,† prout pro ſolennitate,& ad eſſe, ſeu ua-
liditate diſpenſationis, vel legitimationis ſm quid
factæ ab inferiore, hoc eſt à comite talis expreſſio
iuſtæ, & probabilis cauſæ ſpāliter requirit̃ ad ea, q̄
hñr per D.Ant.in c.per venerabilem qui filij ſint le
git.in 3. col. nā q̄uis in principe in dubio p̄ſumatur
talis cā,ut not.Paul.de Caſtr.& Cyn.in l.reſcripta in
3.& 9.q.C.de precib. impera.offeren.& Iac.Butriga.
in l.fi.C.ſi ꝯ ius,uel vtilita.public.Ant.de Butr.Io. de
Imol.& moder.in d.c.quę in eccleſiarum,& in c.cū
inter de renunciat.Ant.de Butr.in c.conſtitutus de
religioſ.domi.tñ ſecus eſt in inferiori à principe, in
quo requirit̃ expreſſa cauſæ cognitio, & expreſſio
ſpālis iuſtæ,& probabilis cauſæ,nec in dubio p̄ſumi
tur,ut not.Spec.in tit.de iudice deleg.§.qualis uerſ.
dñt aūt quidā,Inno.in c.veniens de filijs presbytero-
rum,& Io.Andr.in c.2.de ſciſmatic.& inquit Bal.in
l.ſi teſtm̃ C. de teſta. ꝙ licet in principe, & in geſtis
ab eo ſemper in dubio p̄ſumatur iuſta cā in ijs,quę
ſunt de iure poſitiuo,argō c. propoſuit de conceſs.
prębē. tñ in inferiore in ijs,in quib.requirit̃ iuſta,&
probabilis cā,non præſumitur in dubio, ſed requiri
25 tur,ꝙ exprimatur,ut ēt not.Bal.in d.l.reſcripta:† In
diſpenſatione enim,ſeu in ijs,q̄ habent uim diſpen
ſationis,neceſſaria eſt cā iuſta ſpāliter expreſſa,alio
quin non diceret̃ diſpenſatio, ſed diſſipatio §.niſi,
& c.tali 7.q.3.gl.in ca.non eſt in uerbo adimplere ex-
tra de uoto,& in ſpecie per D.Antonium in d.c.per
venerabilem,& in terminis per Alex.in conſil.60.5.
col.in fina.uerbis in 2.uol.& inquit Spec.in tit.de di
ſpenſatio.§.1.verſi.quid ſit diſpenſatio, ꝙ diſpenſa-
tione non eſt vtendum,niſi neceſſitas,vel utilitas id
expoſcat:& ad propoſitū oīno inſpici debet id, qđ
voluit Abb.in c.literas extra de reſtit. ſpoliatorū in
26 3.col.q dixit poſt Io.And.† ꝙ Papa diſpenſando cū
illegitimis natis ex coitu reprobato de iure diuino
non pōt abſq; cā, nec pōt facere, ꝙ retrotrahatur
perinde, ac ſi ille natus fuiſſet ex uero, & legitimo
matrimonio; ſi uerò ille natus fuiſſet ex coitu re-
probato per legē humanam,poſſet ſine cā, & face-
re,ꝙ retrotraheretur,perinde,ac ſi natus eſſet ex ve
ro,& legitimo matrimonio;ſed ipſe Ludouicus na
tus fuit ex adulterio, hoc eſt ex Mattheo coniuga-
to,ut uoluit canon in c.1.vt lit. non conteſta. quic-
27 quid uoluerit lex imperialis in l. 1.C.de adulter, † q̄
in hoc non debet attendi,ſed lex canonica,cū adul
teriū ſit crimen eccleſiaſticum,ut per ſcribentes in
c.ex tenore extra de foro compet.& d.l.1. vr̃ corre
cta per tex.in d.c.1.ergo comes habens ptātem legi
timandi natos illegitimè, ac ſi nati eſſent ex vero,
& legitimo matrimonio, non potuit legitimare d.
Ludouicum eo modo,& maximè ſine cā iuſta, &
probabili,cum ipſe Papa,ut ſupra, iſtud non potuiſ
ſet per prædicta. Ex his ergo infertur,ꝙ in inferiori
à principe,ut in comite,ad hoc, ut poſſit cum ille-
gitimis diſpēſare, ſeu illos quoad quid legitimare,
non ſufficiet quædam cauſa generalis,q̄ cōiter om
nibus illegitimis applicari poſſit,ſed erit neceſſaria
expreſſio iuſtę,& probabilis cauſę particularis,quę
potuerit mouere comitem ad ſic concedendum,
non aūt gñalis, ut eſt illa, ꝙ pater petat filiū ſpuriū
legitimari,propterea ꝙ ipſe careat legitima ſobo-
le,hoc eſt deſcendentib.legitimis,& naturalibus,&
ꝯñr ad conſeruationem familiæ, & agnationis ſuæ
iuxta tex.in §.fin.in auth.quib. modis naturales &c.
& infra latius dicetur.¶ Nec prædictis aduerſantur
duo,primum,ꝙ ſi comes ex conceſſione ſibi facta à
principe pōt legitimare,quod eſt plus,ergo etiā di-
ſpenſare quoad quædā,quod eſt minus, argō c. cui
plus de reg.iur.in 6. Secundum ꝙ nouiter conſide-
rauit clariſſimus Alc.in quibuſdam ſuis allegationi
28 bus,† ꝙ quadruplex eſt diſpenſationis ſpecies, ut ēt
ante eum ſimiliter poſuit Spec.in tit.de officio iud.
delegat.in materia diſpenſationis in §. genera autē
diſpenſationum ſunt &c.aliter tñ declarando: pri-
ma ſpecies eſt,qñ filius non reſtituitur natalibus,ſed
ſimpliciter diſpenſatur cum eo, ut poſſit eſſe capax
alicuius partis bonorum,ad tradita per Paulum de
Caſt.in l.adoptiuum §.patronum il 2.ff.de in ius uo-
can.Soc.in l.falſa ff.de cond.& demon. & quamuis
in hoc caſu Soc.in conſi.18. inter conſilia Franciſci
Curtij,& Dec.in conſi.264.requirere videantur cita
tionem legitimorū &c. tñ ipſi Alciato hæc opinio
uera non vr̃,allegando Lancelottum in d.§.& quid
ſi tm̃ &c.Ego aūt à prima opinione D. mei Socini;
& Pauli,quæ vr̃ cōis,& quæ probatur in d.l.nam ita
diuus ff.de adopt.non recederem pp auctoritatem
prędictorum,qui non inſiſtunt,niſi in impugnando
ueras ſnīas ſcribentium: & quia non ſumus in hac
diſpenſationis ſpecie,ut etiā fatetur Alciatus, ideò
non eſt ſuper ea laborandum. ¶ Secunda ſpecies di
ſpenſationis eſt,qñ legitimatur ſpurius natus ex mu
liere,cū qua non potuit eſſe matrimonium,& tunc
poſt multa relata concludit Alciat. ꝙ citatio legiti
morum in hmōi diſpenſatione non eſt neceſſaria
per ea,quæ voluit Bar.in d. §. & quid ſi tm̃ cum alijs
pluribus per eum allegatis:ſed illi rñdetur, ꝙ qñ ſu-
mus in legitimatione,quę fit quoad oīa, & illa fiat
patre inſtante,tunc non requiritur citatio, ſecus ſi
ſimus in diſpenſatione,prout nos ſumus,ut dictum
eſt,quia tunc requiritur citatio,Soc. in d. §. & quid
ſi tm̃ in final.uerbis,& faciunt ea, quæ uoluit Alex.
in d.conſi.60.in 5.col.in 2.vol. Præterea in caſu nr̃o
cum matre d.Ludouici legitimati, quæ erat ſoluta,
potuit eſſe matrimonium ſaltem in genere,ꝙ ſuffi-
cit,ergo potuit habere locū fictio inducta per legi-
timationem,Bar.in l.ſi is,qui pro emptore ff. de uſu
cap.& ideò caſus noſter eſt alius à caſu,quem conſi
derauit D.Alcia.in d.ſecunda ſpecie. ¶ Tertium ge
nus diſpenſationis eſt, qñ fieret legitimatio ſimpli-
citer:& ſic quoad oīa,& non reſpectiuè,nec ſecun
dum quid, & extante legitima ſobole ipſius patris
legitimantis,& tunc uerum eſt,ꝙ non requiritur ci
tatio,qñ fit patre inſtante,ut loquitur Bart. in d.§.&
quid ſi tantum,& in caſu iſto non loquitur Soc. ibi
in fin.uerb.nec alij,quos allegaui, tenentes neceſſa-
riam eſſe citationem, ſed loquuntur in caſu, quo
ultra quod extarent deſcendentes legitimi,& natu-
rales,legitimatio, ſeu poteſtas legitimādi non erat
conceſſa ſimpliciter quoad omnia, ſed ſecundum
quid,& reſpectiuè, puta abſque præiudicio uenien
tium ab inteſtato, uel ꝙ legitimatus ſolum poſſet
ſuccedere in certa parte bonorum,quo caſu faten
tur omnes nō eſſe legitimationem, ſed diſpenſatio
nem reſpectiuam,& ſecundū quid,& maximè hoc
videtur uerum, quando diſpenſatio,ſiue legitima-

tio dupliciter erat reſpectiuè,& ẜm quid facta, puta
abſq; præiudicio uenientium ab inteſtato,& ſimul,
vt legitimatus poſſet ſolū ſuccedere in certa parte
bonorū,& hoc in caſu non loquiť Bart.in d.§.& q̄d
ſi tm̄ : Nā & ſi talis legitimatio ad inſtantiam patris
fuiſſet facta,tn̄ debuiſſent uocari,& citari filij legiti
mi,de quorū p̄iudicio tractari poterat: nec verum
eſt illud,quod pro firmo Alc.inquit,ꝙ in hac diſpē
ſatione non eſt neceſſaria citatio,cū ſit actus extra-
iudicialis, vt hř per Inno. in c.cum pridē de renun-
ciat.cū ſimil.qm̄,quicquid in hoc ipſe dixerit,iſtud
verū non vř,nā cū legitimatio , ſiue diſpenſatio ex-
pediatur per modū,& viam iuriſdictionis volunta-
riæ,ſicut adoptio, verū erit dicere , ꝙ eodē modo,
quo in adoptione,q̄ vř pariter extraiudicialiter fie-
ri,habito reſpectu ad iuriſdictionē ꝯtentioſam , re-
quiritur citatio l.nā ita diuus ff.de adopti.Similiter
in legitimatione,quæ fit ẜm quid , quæ dř diſpenſa-
tio quædā,prout adoptio,cū maius ſit,maiorisq; p̄-
iudicij legitimatio,q̃ adoptio,ut inquit Bald. in l.ſi
te parens C.de ſuis,& legi.¶ Ex quibus ēt colligitur
reſponſum ijs,q̄ conſiderat Alcia. in quarto genere
diſpenſationis,& pręſertim,qn̄ vltra quod legitima
tio dicať conceſſa , & facta abſq; p̄iudicio uenien-
tium ab inteſtato,fuit ēt facta cum reſtrictione , ꝙ
legitimatus ſolum ſuccederet in certa parte bono
rum,& nō in oībus,nā iſto caſu uerum erit dicere,
ꝙ legitimatio dicatur facta ſimpľr,& quoad oīa,er-
go nō diceť eſſe propriè legitimatio ſimpľr,ſed ẜm
quid,& ſic q̄dam diſpenſatio d.ca.per venerabilem
qui fil.ſint legit.cum ſim.ſup.allegatis: & de hoc ef-
fectu ſucceſſionis nos propriè loquimur,& nō quo
ad alia,puta quoad famā,& ut dicatur reſtitutus na
talibus:eſto.n.ꝙ quoad illa , hoc eſt quoad perſonā
dicať reſtitutus,& legitimatus , non tn̄ uerum erit,
ꝙ dicatur quoad oīa legitimatus,ſed reſpectiuè tm̄,
& ꝑꝑ hoc non ſumus in terminis Bar.in d.§.& quid
ſi tm̄,qui loquiť in uera, & ſimplici legitimatione,
non aūt in hac legitimatione reſpectiua,& ẜm q̄d,
in qua ẜm Soc.ibi,& alios plures,quos ſupra allega-
ui,iſtud idem tenentes,citatio eſt neceſſaria.¶ Rur
ſus dico. ꝙ iſtæ quatuor ſpecies diſpenſationis ita,
ut ſupra,ab Alciato conſideratæ ſunt præter, imò ꝯ
mentem ſcribentium cōiter, qui ſolū duas ſpecies
in hac materia conſiderarunt, vcȝ legitimationem
ſimpliciter,& legitimationem ẜm quid, & reſpecti
uam , q̃ doct.appellant diſpenſationem , ad tradita
per ſcribē.in locis p̄allegatis,& uelle p̄tor opinionē
imò ꝯ mentem doctorum ponere quatuor ſpecies
diſpenſationis cōprehenſas ſub hoc genere legiti-
matio,eſt quædam fantaſia,& falſitatis imago, & in
conſulendo,& iudicando hęc diſtinctio,& conſide
ratio non eſt attendenda,q̃uis in ſcolis, & legendo
poſſet ſubſtineri,imò,ut dixi ſupra,reperio Spec. in
tit.de diſpenſationibus §.genera aūt &c.ponentem
quatuor eſſe ſpecies diſpēſationis,&ſub una ex illis
tm̄ uoluit contineri legitimationem ſic dictam ſim
pliciter,uel ẜm quid,dicit enim,ꝙ alia eſt diſpenſa-
tio debita,& ſub hac ſpecie legitimatio,ſeu diſpen
ſatio illegitimi, uel ſpurij non continetur , ergo in
illa non eſt inſiſtendū;Alia eſt prohibita diſpēſatio,
& ſub hac ſpecie ēt non contineť ſpurij,ſeu illegiti-
mi diſpenſatio,ſeu legitimatio,nec ēt ſub genere il
lo,ꝙ aliqua ſint permiſſa, ſed ſolum ſub illa ſpecie,
q̄ dř diſpenſatio conceſſa, ut eſt de mente Spec. in
d.§.genera,allegando ea,q̄ ipſe ponit in §.nunc de
epiſcoporum pe.col.& in §. ſunt quoq; in pen. col.
debet tn̄ ſemper fieri diſpenſatio ex iuſta , certa, &
magna hoc exigente cā, alioquin non eſſet diſpen-
ſatio,ſed diſſipatio c.& ſi illa 1.q.7.gl.in d.ca.non eſt

cum ſimil. igitur cum requiratur cauſæ cognitio ,
neceſſaria erit in diſpenſatione citatio,arg.l.in cau-
ſæ §.cā cognita ff.de minor.cum ibi no.per gl.& ex
his puto rn̄ſum illis , quæ nimis ſubtiliter inueſtiga-
uit Alciatus.¶ Quoad aliud ēt primum motiuum,
29 † ꝙ ſi ſine citatione,& ſine cauſæ cognitione patre
inſtante comes pōt extantibus legitimis ſpurium fi
lium quoad oīa legitimare,Bar.in d.§.& quid ſi tm̄,
ergo magis diſpenſare,quod eſt minus,arg.cap.cui
plus;Pro rn̄ſione conſiderandum eſt primo , ꝙ opi-
nio illa Bar.quē D.Ant.in d.c.per venerabilē , & alij
plures ſequuti fuerunt, multum dubitabilis eſt , &
ꝯrium q̃ plures magnæ autoritatis ſequuti fuerunt,
ut Bal.in l.nā ita diuus ff.de adopti. Imol. & Domi-
nicus in c.grādi de ſupplen.negl.& prælat.in 6. facit
tex.in l.1.& 2.C.de natal.reſtitu.& ẜm iſtam opinio-
nem Alex. pater ueritatis bis in ciuitate Florentiæ
conſuluit,ut ipſe atteſtatur in l.ex facto 6. col. ff.de
vulg.& pupi.¶ Secundo eſt eſto,ꝙ Bar.opinio uera
eſſet,dico, ꝙ argumentatio facta procedere poſſet
arguendo de legitimatione ad diſpenſationē affir-
matiuè,ut fuit de mente Paul.Caſtr.in d.l.ſolet ff.de
iuriſdict.omn.iud.cum ſim.ſed non è ꝯ,hoc modo,
pōt diſpenſare ẜm quid , ergo poterit ēt legitimare
30 ſimpliciter,& quoad oīa,† quia ſic eſſet arguere de
minori ad maius affirmatiuè,quod argm̄ non pro-
cedit l.2.& 3.ff.de ſeru.exportan.c.fin.de tranſlatio.
prælato.c.ſuper quæſtionum §.ſi uerò de offic.dele
ga.Bal.in c.j.§.naturales ſi de feud.fuer.controuerſ.
inter do.& agnat.& dixi ēt ſupra. Sed in caſu occur
renti comiti data fuit ptās diſpēſandi, ſiue legitimā
di ẜm quid,& non quoad oīa, & ipſe comes legiti-
mauit ſimpliciter quoad oīa,& in pluribus,q̃ habe
ret poteſtatem,ut ex inſpectione priuilegij colligi-
tur,iuncta legitimatione,& conceſſione comitis in
31 diſpoſitiua,ergo fuit inualida.¶ Præterea vř, † ꝙ di
ſpenſatio , ſeu legitimatio ẜm quid , hoc eſt quoad
q̄dam,& nō quoad oīa,vř eſſe quid maius,q̃ ſit legi
timatio quoad oīa,& ſimplex,& ſic plus eſſe diceť
diſpenſare,quàm ſimpliciter legitimare , primo q̄a
regulariter in legitimatione nō requiritur citatio,
nec cauſæ cognitio , nec dř odioſa,ſed in diſpenſa-
tione regulariter requiritur citatio,& cauſæ cogni
tio:Item dř odioſa , ut ſupra dictum fuit , & hř per
Soc.in conſi.247.in 3.col.2.uol.Præterea ẜm eum in
2.col.cum princip.ſequen.facilius mouetur,ſeu mo
ueri debet ad legitimandum comes, ſeu princeps,
quam ad diſpenſandum , & ſic legitimandum ẜm
quid,cum difficilius,cōcedatur , ergo maius eſt ẜm
Soc.ibi. Præterea ꝙ ſit quid maius diſpenſare, hoc
eſt facere aliquem legitimum,& illegitimum,pro-
batur,quia iſtud cenſetur eſſe quid monſtruoſum,
ut in d.c.per venerabilem uerſ. uideretur ſi quidem
monſtruoſum &c.qui fil.ſint legi.ergo uidetur ma
ius diſpēſare,ſeu quoad quid tm̄ legitimare,q̃ quo-
ad oīa,& ſimpliciter legitimare:ex quibus infertur,
ꝙ licet citatio in legitimatione non ſit neceſſaria,
ut ſupra,non tn̄ ſequitur, ꝙ in diſpenſatione ſimpli-
citer non requiratur , citatio cum diſpenſatio cen-
ſeatur magis odioſa c.1. cum ibi not. de fil. presbit.
Item ēt magis monſtruoſa d.c.per uenerabilem,&
per Soc.in d.conſil.242.in 3.& 4.colu.& per Paul.de
Caſtr.& Soc.in l.falſa §.1.ff. de cond. & demonſtra.
Quare male ſentiunt conſultores aduerſarij,qui de
legitimatione , ut de quodam maiori ad diſpenſa-
tionem tanquam ad minus argumentātur,quia to-
tū ꝯrium uerius eſt,& ex hoc inferri pōt ꝯ illud, q̄d
uoluit Paul.de Caſtr.in d.l.ſolet , niſi ſaluando eum
in utroque loco diceremus, ꝙ ille, qui poteſt le-
gitimare ſimpliciter , & ſine cauſæ cognitione, uel
citatione

citatione,poterit ẽt diſpenſare,ſed cũ maiori cau-
ſæ cognitione,hoc eſt citatione mediante,& ex cã
iuſta,& probabili expreſſa,q̃ vt dixi, licet in dubio
in principe legitimante præſumatur, non tñ in co-
mite,& in inferiori à principe, qui debet ſolum ex
iuſta cã expreſſa moueri,vt hř per Bal.in d.l.ſi teſtm̃
C.de teſtament.cum alijs ſupra allegatis, quicquid
aliqui dixerint.¶ Nec uerum vř, ꝙ patris inſtantia
ſufficiat pro cã iuſta,vt per Alex.in conſ.pen.5.vol.
circa finem,Curtius Senior in conſ. 19. Viſo priui-
legio,&in conſ.35.ſtatuto.10.col.& in cõſ.64.2.col.
Iaſon in conſ.127.dubitatur 4.vol.nu.6.qa illud pro
cedere põt in uera,& propria legitimatione, q̃ fit
quoad omnia,vt per Bart.& Soc.in d.§.&quid ſi tm̃
circa finem,ſecus eſt in diſpenſatione,q̃ eſt odioſa,
in qua citatio,& cognitio, & expreſſio iuſtæ cauſæ
requiritur per ea, quæ ſupra deduxi ex mente ſcri-
bentium,iurium,& gloſarum. ¶ Secundo falſum
eſt,ꝙ comes, & inferior ſine cauſæ cognitione, &
expreſſione iuſtæ cauſæ poſſit non ſolum diſpenſa-
re,ſed ẽt legitimare præcipuè extante ſobole legiti
ma,qa hoc ſolum conceſſum eſt principi, & non
inferiori,arg.§.fi.cũ ibi not.in auth.quib. mod.nat.
effic.ſui cum alijs ſupra à me cumulatis,& iſto mo
do intelligantur illa,quæ uoluit Ruin.in cõſ. incip.
quia Matthæus &c.& alij,ex quorum uerbis id in-
ferri vř.¶ Minus uerum eſt ẽt,ꝙ in comite,& infe-
riore legitimante,ſiue diſpenſante in dubio præſu-
matur iuſta cauſa,ut latius demõſtratum fuit,& hř
ꝑ Bal.in d.l.ſi teſtm̃,& Alex.in d.conſi. ¶ Nec dica-
tur,ꝙ comes in caſu occurrenti motus fuerit ex-
preſsè ex plurib.iuſtis cauſis,vcȝ,ex egregia indole,
& morũ honeſtate Ludouici præ ſe ferentis ſpem
futuræ uirtutis,item ex eo,qđ pater Matthæus tũc
ſolum unicum filium legitimum,& naturalem ha
beret,qui facilè perire poterat, ac ẽt quia comes
expreſsè motus fuit ex eo,ꝙ d.Ludouicus ſpurius
dignus erat miſericordia,quia non ſuo, ſed alieno
uitio laborabat,& ꝙ ipſe non peccauit,ſed in pec-
32 cato ſolum ortus fuit:Quia his omnib.rñdetur,† ꝙ
prima rõ,ſeu cã à comite expreſſa,ſi eſſemus in legi
timatione facta à principe, illa à principe ſic appro
bata cẽſeretur iuſta,ex quo illam pro iuſta approba
uit,ar. c.propoſuit de conceſ.præb.c.quanto cũ ibi
not.per gl.de tranſlat.epiſc.Bal.in d.l.reſcripta.C.de
precib.imper. offeren.cũ ſimil.ſed in comite,& in-
feriore cã hmõi falſa,& minus legitima vř,nec ſuf-
ficit,ꝙ ipſe illam pro iuſta approbauerit Bal.in d.l.ſi
teſtamen.cum ſimilib.nam cũ Ludouicus eſſet in
infantili ætate conſtitutus,& nondũ quinquenniũ
exceſſiſſet,quæ indoles egregia,quæ morum hone-
ſtas in eo cõſiderari potuit?profectò nulla,maximè
cum ipſe natus eſſet ex matre uili,& ruſtica,& in il
la ætate nullum ſignum egregiæ indolis,& honeſta
tis morũ in eo apparere poterat, qm̃ illa ætas, quic-
quid uidet,ignorat,& infans ſimilis eſt furioſo, &
mente capto.l.1.C.de falſ.monet.§. pupillus cum ſi
milib.inſtit.de inutil.ſtipul.Secũda cã, ꝙ Matthæus
vnicum filiũ legitimũ tm̃ tunc haberet, non dř cã
ſufficiens nec legitima,nec iuſta legitimandi ſpu-
riũ,ſed hoc potius arguit ꝯrium vcȝ cãm iuſtè, uel
legitimam non extare,argõ d.§.licet,& §.ſi quis fi-
lios habens in auth.quib.modis natural. effic. ſui,
ubi imperator prohibet extantib.filijs, & liberis le-
gitimis,& naturalib.ſpurium poſſe legitimari:ergo
extare filiũ legitimum,& naturalem ẽt unicũ iſtud
non arguit cãm iuſtam adeſſe, ſed potius ꝯrium:
33 † &,ut inquit Bal.in c.1. §.filij nati.ſi de feud. fuer.
controuerſ.inter dom.& agn.qui loquitur de patre
qui ẽt vnicũ filiũ haberet,ſi Imperator, qui abſque
dubio põt,extantib.legitimis, & naturalib. liberis,
legitimare,vt plenè hř in d.l.Gallus.§.& quid ſi tm̃,
ad inſtantiam patris habentis dictum unicum filiũ
legitimauerit ſpurium,hæc eſt magna iniquitas,&
circunuẽtio,& imperator,qui hoc facit, vř eſſe ma
gnum pecus,quia non dř habere præ oculis iuſtitiã
publicæ honeſtatis,nec conſiderat,ꝙ per ſolas nu-
ptias conſeruatur elegans, & honeſtum genus hu-
manum,& ꝙ nuptię humano generi immortalita-
tem præſtant,ut in auth.de nupt.in prin.collat.3.fa-
cit tex.in l.1.ff.ſoluto matrimonio:ex quib.infertur
ꝙ habere vnicum filium legitimum, & naturalem
non eſt iuſta cã legitimandi ſpuriũ,ſed potius iniu
ſta,& non probabilis ẽt in principe legitimante, &
plus in papa,à quo iuſtitia,& æquitas prouenire de
bent c.ex ore de priuileg.multo ergo magis hoc di-
cendum eſt in comite,&inferiore,qui quoad quid
legitimaret, & nõ abſolutè,nec ſimpliciter per præ
dicta.¶ Alia uerò ratio,ſeu cauſa, quæ tanq̃ ſuffi-
ciens conſideratur vcȝ ꝙ Ludouicus,qui nihil pec
cauit,dignus fuerit miſericordia,quia non ſuo,ſed
alieno vitio laborabat,q̃uis fortè hæc ratio in prin
cipe tollerari poſſet, argõ tex.in §.illud in authent.
quib.modis natural.effic.ſui l.fi.& auth.præterea C.
de naturalib.liberis,tñ in inferiore à principe, qui
legitimare,uel ſaltem diſpenſare ſpurium debet cũ
cauſa iuſta,hæc nõ eſſet ſufficiens cauſa,nam illud,
qđ requiritur in comite,vcȝ cauſam iuſtam eſſe ne
ceſſariam,non põt intelligi de iſta generali, de qua
ſupra,ſed de cã alia iuſta ſpãliter expreſſa,ut proba-
tum fuit:illa.n.generalis,ꝙ dignus ſit ſpurius miſeri
cordia,cum non ſuo,ſed alieno uitio laboret, ſem
per in omni legitimatione illegitimi,& ſpurij taci-
tè ineſſe vř,ut in l.fi.C.de naturalib.liberis,& in d.§.
illud,& in §.fi.auth.quib.modis natural.effic.legit.
ergo expreſsio illius cauſæ generalis,nihil operari
debet,quia expreſsio eorum,quæ tacitè inſunt, ni-
hil operatur l.3.cum ibi not.ff.de legat.1. & ideò ſe
queretur,ꝙ ſine expreſſionẽ illius cauſæ legitima-
tio valeret,& ꝯñr verum eſſet dicere, ꝙ comes, &
inferior ſimpliciter poſſet ſpurium abſque iuſta cã
legitimare,cum tacitè ineſſet ſemper iuſta cã,qđ tñ
eſt falſum,quia à comite legitimatio fieri debet cũ
cã iuſta expreſſa,nec ſufficit tacita,& præſumpta,vt
latius dictum fuit ex mente doctorum cõiter: ex
quib.omnib.liquet,legitimationem,ſeu melius lo-
quendo diſpenſationem hmõi à comite factam cã
iuſta,& probabili carere,& ꝯñr illam eſſe inualidã,
quicquid dixerit quidam Mantuanus in ſuo conſ.
91.& Iaſ.in conſi.40.in 3.uol.qui dixit dřiam inter
legitimationem,& diſpenſationem uanam eſſe, &
ſine ratione,qñquidem ꝯrium docto.magis cõiter
dixerunt in varijs locis,& extare ẽt rõnem diuerſi-
tatis inter vnam, & aliam ex prędictis colligitur.
¶ Præſuppoſita itaq; inualiditate hmõi legitima-
tionis,ſeu diſpẽſationis d.Ludouici, qui natus ſpu
rius præſupponitur,vt in priuilegio, & in proceſſu
34 apparet,ſequitur, † ꝙ pater Matthæus illi nihil do-
nare,ſeu relinquere mediatè, ſiue immediatè po-
tuit,cum ẽt nomen filiorum habere nõ meruerit,
nec alià patre debuerit.c.per uenerabilẽ in fi. verb.
qui fil.ſint legit.auth.licet.C.de natural.liber.§.fi.in
auth.quib.mod.natural.effic.legit.auth.ex cõplexu.
C.de inceſt.nup.§.fi.in auth.quib.mod.natural.effic.
35 ſui.Bar.in l ſi gener infra ſtatim alleganda:& † licet
reſpectu alimentorum ſpurij ſimpliciter de iure ca
nonico ſm aliquos ſint alendi. c. cum haberet de
eo,qui duxit in matrimon.illam,q̃ pollu. per adul-
ter.tñ hoc non vř uerum,ut probat tex. in hoc ap-
probãdo legis diſpoſitione in d.c.per venerabilem
in fi.

in fi.nec aduerſatur d.§.cũ haberet,q̃a loquitur de
ſpurio nato in figura matrimonij, cui canonica iu-
ra,& ciuilia magis fauent arg.tex. in l.hæredib. filiã
in fi.ff.ad Treb.cũ glo. & latius declarando dixi in
repetit.c.in præſentia extra de probatio. alioquin
de directo hæc duo iura inuicem ſibi aduerſaren-
tur;quo fit,ut ipſe Ludouicus,qui non rectè,nec ri
tè legitimatus fuit, dicatur incapax bonorũ ſibi à
Matthæo aſſerto patre donatorum,& fideicõmiſſi
ſibi relicti in teſtõ aui in caſu, quo contingeret D.
Hieronymum nepotem legitimum, & naturalẽ ex
filio legitimo,& naturali hæredem vſ͞r institutũ
abſq; liberis &c.decedere,prout in dicto teſtõ: qm̃
36 dico † ꝙ ẽt per indirectũ,& obliquè pater filio ſpu
rio aliquid relinquere non põt,vt ſupra,& arg.l.qđ
ꝯdõnis implẽdæ.ff.de dona.cauſ.mort.& latè hr̃ per
Bartolum in l.ſi gener in 1.& 2.col.ff.de his,quib. vt
indig.& per gl.& ſcrib.in l.ſi qua illuſtris.C. ad orifi.
gl.fi.in c.tanta.qui fi.ſint leg.gl.& ibi Ange.in §.fin.in
auth.quib.mod.natura.effician.ſui cum ſimil.
37 ¶Num † aũt nepos legitimus,& naturalis natus ex
d.Ludouico ſpurio ſit capax fideicommiſſi, an ue-
rò de iure ab illo ſit excluſus? licet doct. cõiter in
l.gallus §.quid ſi is.ff.de lib.& poſthu.poſt gl.in l. fin.
C.de natu.libe.uarient,& multi fortè rectius ſentiẽ-
tes dixerint,ꝙ auus talem nepotem inſtituere, ſeu
ſubſtituere non poſſit,& hoc in pœnam , & odium
peccantis,& cõmittentis coitum illicitum,& adul
terinum,ut hoc modo parentes magis in perſonis
ſuorũ filiorum puniãtur,arg.l.iſti quidem in fi.ff. ꝙ
met.cau.item quia ipſe nepos legitimus, & natura-
lis natus ex ſpurio dr̃ quo ad actum ꝓuenire ex radi
ce infecta,& ideò vr̃ excludendus , ſicut pater eius,
cum in vtroq; eadẽ ferè rõ militarè dicat,ut fuit de
mente gl.in d.l.fi.tñ Bar.& alij latius diſtinguunt,&
non inſiſtendo ſuper eorũ diſtinctione, ſed p̃ſuppo
nendo talem nepotẽ ab auo poſſe inſtitui, uel ſub-
ſtitui,ut ibi per Bar.& alios,quos ad ſaturitatem re
fert Alex.in d.§.quid ſi is,iſta ɔcluſio limitatur non
ꝓcedere,ut ibi ꝑBar.qñ ipſi auo ſupereſſet legitima
ſoboles,quia ſi in nepote legitimo,& naturali nato
ex filio ſimpliciter naturali iſtud eſt determinatũ,
ꝙ illi auus nõ poſſit aliquid palã relinquere quocũ-
que titulo mediato,uel immediato,illa ratione,ne
ad tam degeneres homines extendatur ſucceſſio:
ſtante legitima ſobole,cum id,qđ ſtatutum fuit in
filijs naturalib.extendatur ad nepotes legitimos,&
naturales natos ex filio ſimpliciter naturali, ut in d.
l.fi.à maioritate rõnis id,qđ ſtatutum fuit in ſpurijs,
debet extẽdi ad nepotes legitimos,& naturales na-
tos ex ipſis ſpurijs,cũ ipſi ſint magis odibiles, & re-
probi,q̃ ſimpliciter naturales,auth.licet.C.de natu-
ral.lib.iniuſta nanq; libidinũ deſideria nulla uenia
defendenda ſunt;præfert.n.lex ſemper legitimam
ſobolẽ natis ex radice infecta,l.humanitatis,auth.li
cet,& d.l.fi.C.de natur.libe.& hoc eſt de mente do-
ctorum cõiter ibi,vbi Salic.idem tenet, arguendo,
ut proximè dictum eſt,& expreſsè hr̃ per Alex. in
d.l.Gallus.§.quid ſi is in 3.& 4.col.& eſt vera limita
tio,& declaratio,q̃ ẽt ſequuntur Alex. in conſi. 34.
3.volu.& Decius in conſ.85.in fi.& in conſi.462.nu.
38 20.† Appellatione aũt ſobolis legitimæ, de qua fit
mentio in d.l.fi.continentur nedum filij legitimi,&
naturales,vt in l.fi.C.de bon.proſcript.l.1. C. ne rei
domi.vel templo.ſed ẽt nepotes ſimiliter legitimi,
&naturales.§.liceat in auth.quib.mod.natural.effic.
legit.melius in §.ſi quis defunctus in auth.quib. mo
dis natural.effic.ſui ibi legitima ſobole omnino nõ
extante filiorum dicimus,aut nepotũ,vel deinceps
ſucceſſionis legitimæ:bonus tex.in l. 1. ff. ſolu. ma-
trimonio ibi ad ſobolem procreandã ex nuptijs: &
facit tex.in l.humanitatis,& in auth.licet,& auth.p̃-
terea C.de naturalib.liberis,item nati ex fęminina
linea,& ẽt fœminæ ipſæ continentur l. cum ſatis §.
1.& circa fi.C.de agricol.& cẽſit.lib.11.Alex.in apo
ſtill.ad Bart.in l.1.ff.de iure immunita. l. 2. C.de in-
fant.ex poſ.ibi unuſquiſq; prolem ſuam nutriat, di
cit gl.ſobolem ſcilicet legitimam , & naturalẽ. Er-
go ita demum licitum erit auo inſtituere nepotẽ
legitimum,& naturalem ex ſpurio,uel aliquid ſibi
relinquere,ſi auo non extent filii,nepotes,& alij de
ſcendentes legitimi naturales utriuſque ſexus: ſed
eo tempore,quo Mattheus auus per fideicommiſ-
ſum inuitauit Matthæus modernum eius nepotẽ
ex Ludouico ſpurio,extabant Hieronymus , & D.
Miſina legitimi,& naturales nati ex filio legitimo,
& naturali Matthæi antiqui teſtatoris;item eo tp̃e,
quo euenit caſus dicti fideicommiſſi,D. Miſina ne-
ptis legitima, & naturalis ex filio legitimo,& natu
rali,ut ſupra,ſuperat,ergo legitima ſoboles extare
dicebatur, & ɔñr ipſi nepoti ex Ludouico ſpurio
non potuit aliquid competere,quia ab auo ſibi nõ
potuit aliquid relinqui,& ſi quid relictum fuit,non
39 potuit deberi. ¶ Et † qm̃ talis nepos ex ſpurio non
dr̃ indignus uitio,ſeu delicto ſuo,id,quod fuit ſibi
relictũ,nõ applicatur fiſco,ſed remanet hæredi ſcri
pto,aut debetur venientib.ab inteſtato, ut no.in l.
aufertur circa prin.ff.de iure fiſci , & probatur in l.
non intelligitur.§.ſi quis palam ff.eo.tit. & vbiq; ꝑ
Bart.ubi qñ palam relinquitur indigno, teſtator pœ
nam non patitur,ut id applicetur fiſco,ſed alijs per
ſonis,quib.ex legis diſpoſitio ne deberetur, ut not.
in l.Lucius.§.1.ff.de lega.1.& hanc opinionẽ uti ue
riorem,ꝙ debeatur uenientib.ab inteſtato, uel hæ-
redi ſcripto remaneat,ſequitur , & approbat Bart.
in d.l.ſi gener.in 2.col.ff.de his,quib.vt indignis,quẽ
doct.cõiter ſequuntur;ſed poſt mortem D. Hiero-
nymi hæredis D.Miſina eius ſoror,& D.Conſtantia
mater ab inteſtato illi ſucceſſiſſent,ergo illud, qđ à
nepote ex ſpurio aufertur,illis debetur: vel dicen-
40 dum eſt,† ꝙ fideicommiſſum relictum dicto nepo
ti ex ſpurio tanq̃ indigno remanere debuerit ipſi
D.Hieronymo hæredi grauato,quia illud relictum
effectum fuit quaſi caducum,argõ.l.unicæ. §.& cũ
triplici.C.de caduc.tollen.cũ §.ſequent. vt de hoc
habemus tex.clarum in l.1.§.ita ꝙ &c.C.de natura
lib.liber.vbi illud,qđ fuit relictum ſpurio, uel alteri
ſim ili indigno,illi deberi non põt,ſed totum reli-
ctum legitimæ ſoboli,hoc eſt fratri , uel ſorori, aut
patri,vel matri applicatur,& debetur,ut ibi.&facit
tex.in l.matre in fi.uerb.eo.tit. ¶ Præterea eo tp̃e,
quo Matthæus teſtator fecit fideicõmmiſſum, & il
lud ſub ɔdõne reliquit Ludouico ſpurio,& ultimo
loco liberis,& filijs ipſius Ludouici , ſupererant D.
Hieronymus,& D.Miſina nepotes legitimi , & na-
turales;qui appellatione legitimæ ſobolis continẽ-
41 tur,ut ſupra: † ergo illud relictũ , & fideicõmiſſum
factum nepotib.ex ſpurio ſtatim ipſo iure fuit nul-
lum,& inualidum , quia ad inualidandum relictũ
hmõi inſpicitur tp̃s,quo ꝑſonis indignis relinqui
tur,ut in d.l.1.& l.matre,C.de natural.lib.not.per gl.
in verb.declaramus in fi.uerb.in l.aufertur in prin.
ff.de iure fiſci,ergo ſtatim illud fuit acquiſitũ D.Hie
ronymo legitimo,& naturali,& hæredi ſcripto, ar-
gõ d.l.1.cũ d.l.matre, & argõ l.1.2.& l. nec apud. C.
de hęredib.inſtit.facit l.eam q̃. C.de fideic. ſm unã
lecturam , & ideò ipſo D. Hieronymo mortuo ab
inteſtato,mater,& ſoror ſimul ei ſuccedere debue
runt:et ꝓpea nũc fruſtra quæritur de fideicõmiſſo
debendo,ſeu acquirendo dicto nepoti ex filio ſpu-
rio,

rio,cū illud iam prius fuerit acquiſitum D.Hiero-
nymo hæredi grauato,cui remanere debuit ex eo,
qđ tunc habitum fuerit pro non ſcripto, ſeu quaſi
caduco.Qua pp ipſi D.Hieronymo hæredi inſtitu-
to,& grauato vt ſupra illud relictum de iure rema-
nere debuit,arg.d.l.unicæ.§.ſin aūt aliquid.uerſi.qđ
ſi in medio.C.de cadu.tol.cū alijs proximè allega-
tis.¶ Et prædicta ſic declarando iudicio meo ceſſa-
re vr̄r oēs rn̄ſiones,quas conſultores aduerſarij co
nantur applicare textui in d.l.fi.C.de natur.lib.:& in
primis in quantū pro intelligentia rn̄ſionū ipſi p̄ſup
ponunt,ꝙ excludendo nepotē legitimū natum ex
ſpurio à ſucceſſione aui duplex odium reſultet,pri
mū,ꝙ ipſe grauetur,& excludatur ex alieno vitio,
& odio,qui nihil peccauit, & natus fuit legitimus,
& naturalis,arg.l.non debet.ff.de reg.iur.l.ſancimus.
C.de pœn.c.quæſiuit de his,quæ fiunt à maior.part.
c.aliud,qđ auus priuaretur iure ſuo diſponendi,&
teſtandi de reb.ſuis,qūo uellet ꝯ.l.1.C.de ſacroſan.
eccle.l.in re mandata.C.mand.l. non uſque adeò ff.
42 ſi quis a parent.fuer.manu.† Dico totum iſtud præ
ſuppoſitū eſſe falſum, q̄a ſi excluditur nepos hmōi
odio,& uitio paterno,hoc fit principaliter ad fauo
rem legitimæ prolis,& non abſolutè,q̄a iniquū eſ-
ſet,ut is,qui ex radice infecta prouenit,& inter de-
generes homines reputatur,præferri, ſeu ſimul ad-
mitti deberet cū ſobole omni reſpectu legitima,&
lege approbata,ut in d.l.fi.l.humanitatis.C.de natu.
lib.cū ſimil.allegatis ſupra:q̄uis ex hoc inferret in
ꝯn̄tiam ēt odiū nepotis legitimi,& naturalis nati ex
ſpurio,quia diſpoſitio iudicat fauorabilis,ſeu odio
ſa ab eo,pp qđ principaliter inuenta, & introducta
fuit.l.qui exceptionem in prin.ubi caſus, & ibi ſcri
ben.ff.de ꝯd. indeb. ſed ꝙ nepos legitimus natus ex
ſpurio excludatur ex uitio paterno pp ſobolē ſim
pliciter,& totaliter legitimā principaliter fuit intro
ductū fauore ſucceſſionis,& prolis legitimæ, ergo
debet iſtud iudicari fauorabile,& nō odioſum.¶ Si
militer dico illud,qđ odiū ſecūdo loco reputatur,
nō cenſeri odium,ſed fauorem eſſe,q̄a auus priua
tur libertate relinquendi nepoti ſuo legitimo nato
ex ſpurio pp uitiū,& delictum ipſius aui,ut puniat
in hoc,qđ dr̄ fauorabile introductum rōne,& fauo
re publico,ut delicta puniantur.l.ita uulneratus in
fi.ff.ad l.aquil.c.ut fame de ſent.excom.ergo potius
dr̄ fauorabile,q̄ odioſum.¶ Conſiderandum eſt ēt
ꝙ ſicut qn̄ non extat ſoboles legitima, fauor eſt,ut
poſſit relinqui naturali.d.l.humanitatis.C.de na.lib.
ita extante legitima ſobole fauor erit,ut potius re-
linquat legitimæ ſoboli,q̄ naturali, ſeu ſpurio, vel
nepoti legitimo nato ex naturali,vel ſpurio d.l.fi.&
43 arg.l.maximū uitiū.C.de libe.præter.Præterea † nō
eſt liberū unicuiq; diſponere de reb.ſuis,nec relin-
quere paſſim omnib.niſi fortè militib.l.1.ff.de mili.
teſta.uel ob piam cām d.l.1.C.de ſacroſan. eccl.ſed
regulariter ille,qui uult teſtari,debet teſtari,ſm qđ
leges uolūt,& mandant,nō aūt paſſim, qn̄ lex ꝓhi-
beret aliter fieri,q̄a nemo pōt facere, quin leges in
ſuo teſtō locum habeant.l.nemo pōt.ff.de lega.1.cū
ibi nota.ſed lex denegat auo relinquere nepoti ēt
legitimo nato ex filio naturali,ergo magis nato ex
ſpurio,qn̄ extat legitima ſoboles:qua pp iſtud non
cenſetur odiū,ſed regulare,& fauorabile. Præterea
44 † ſæpe quis pręgrauatur ſine culpa fauore alterius,
& illud fauorabile reputat,ut uoluit gl.in c.renouā
tes 22.diſt.ſcribē.in c.2.de conſt.c. ad audientiā de
45 eccl.ædific.cū ſimil.Et ex prædictis infertur, † ꝙ di-
ſpoſitio d.l.fi.C.de nat.lib.q̄ quo ad caſum, de quo
quærimus,potius eſt fauorabilis, q̄ odioſa, debet
magis extendi,q̄ reſtringi,prout ſm gl.& ſcrib.oēs
in d.l.fi.extenditur de nepote nato ex filio naturali
ad natū ex filio ſpurio,vt volunt Alex.& moder.in
d.l.Gallus.§.quid ſi is cū alijs ſupra allegati: & ideò
reſtringi non debet ad caſum,qn̄ auo legitima ſo-
boles ſupereſſet tm̄ tp̄e ſucceſſionis, ſeu tp̄e, quo
eueniret caſus,quo effectualiter ſucceſſio deberet,
46 ſeu delata eſſet:item † quia,vt dictum fuit, ſtatim
quo teſtator inſtituit,uel palam reliquit ſpurio,aut
aliter indigno,qualis eſt nepos ex ſpurio qn̄ ſuper-
eſt legitima ſoboles d.l.fi.deficit ipſo iure relictū
illi factū,& pro non ſcripto hr̄,nec expectatur,nec
inſpicitur tp̄s ſucceſſionis, ſeu quo debet acquiri,
ſed ſolū tp̄s relicti,uel teſtamenti,quo fit inſtitutio
ſeu relictum,ut ēt probatur in d.l.fi.& arg.d.l.huma
nitatis,d.auth.licet, & d.auth. præterea,nec non au
thenticæ ex cōplexu.C.de inceſt.nupt.vbi fit relatio
ad relictū,ſeu ad tp̄s,quo relinquitur,an adſit legi-
tima ſoboles,ergo qualitas hmōi adiecta uerbo re
linquo intelligitur,ſeu reſtringitur ad tp̄s verbi.l.in
delictis.§.ſi extraneus,& ibi Alex.ff.de noxal.l.titius
ff.de mil.teſtamen.cum ſimil.¶ Rurſus dico, ꝙ eo
tp̄e,quo locus fuit fideicommiſſo, licet tunc non
ſupereſſet nepos,hoc eſt D.Hieronymus, nec filius
teſtatoris,tn̄ ſuperſtes fuit neptis legitima nata ex fi
lio legitimo,vz D.Miſina,q̄ appellatione legitimæ
ſobolis comprehenditur,vt ſupra p̄ſuppoſui,igitur
47 &c.† Nec in terminis d.l.fi.hr̄ cōſideratio ad cōſer
uationē agnationis,uel familiæ,ſed ne cōtingat na
tos legitimè,& naturaliter omni reſpectu excludi à
nepote nato ex ſpurio,vt ibi,nam ille tex.fuit Iuſti
niani,qui non fecit drīam inter maſculos,& fœmi
nas quoad ſucceſſionem,& ꝯn̄r nō habuit reſpectū
ad cōſeruationē familiarū,ut in l.maximum uitiū
48 C.de lib.præt.l.lege C.de leg.hæred.Præterea † falſū
eſt oīno,ꝙ ille tex.in d.l.fi. inquātum loquitur de le
gitima ſobolē pp odium,debeat intelligi tm̄ de fi-
lijs maſculis primi gradus,& nō de alijs deſcenden
tib.legitimis, & natural. ex legitimo matrimonio
natis;qm̄ primo dico,ꝙ cū illa diſpoſitio principali
ter ſit fauorabilis,ut ſupra,ēt ſi loqueretur ſimplici
ter de filio,deberet tn̄ extendi ad nepotes,q̄a in ma
teria fauorabili appellatione filiorū nepotes cōpre
henduntur.l.liberorū,& ibi Bar.ff.de uerb.ſig.Secun
do rn̄deo,ꝙ cū d.l.fi.loquatur ſimpliciter de legiti-
ma ſobole,eſto ēt,ꝙ illa diſpoſitio eſſet odioſa,qđ
49 negatur, † tn̄ appellatione legitimæ ſobolis ēt ne-
pos natus ex filio legitimo comprehenderetur nō
per modum extenſionis,ſed comprehēſionis, & ex
proprietate ſermonis,qm̄ in hac materia appellatio
ne ſobolis legitimę comprehenduntur non ſolum
filij primi gradus,ſed ēt nepotes ex illis, ut eſt tex.
clarus in §.ſi quis aūt defunctus in aut. quib. mod.
nat.effic.ſui,quē tex.ad hoc allegaui ſupra cum plu
rib.alijs:& licet Iaſ.in d.§.quid ſi is adhærendo ſn̄iæ
Alex.& cōi ſimpliciter utatur his uerbis,vz,& iſtā
concluſionem limita primo,qn̄ extarent filij legiti
mi,& naturales &c.non tn̄ denegat de alia ſobole
legitima,ꝓut expreſsè loquit Alex.in d. §.per tex.
in l.fi.qui de filijs ſimpliciter non loquitur ſed de
legitima ſobole,cuius appellatione ēt ꝓpriè cōtinē
tur nepotes legitimi ex filio legitimo, ut in d.§.ſi
quis defunctus,& dictū fuit ſupra:potius ergo gra-
tia exempli Iaſ.dixit de filijs legitimis,q̄ ꝙ uolue-
rit excludere alios deſcendentes legitimos.Præte-
rea,ut dixi,in materia fauorabili appellatione filio
rum nepotes continentur.¶ Nec his aduerſatur id
qđ de auo,& auia dixit Paul.Caſt.in d.§.quid ſi,q̄a
ille eſt diuerſus caſus à caſu noſtro: nā ipſe loquit,
qn̄ fieret mentio de auo,cuius appellatione auia ex
proprietate ſermonis non continetur, argō l. ſi ita
ſcriptum

ſcriptum in prin.ff.de lega.2.In caſu aũt noſtro tex.
in d.l.fi.loquitur de legitima ſobole,cuius apellatio
ne,ut dixi,propriè continetur ẽt nepos ſicut filius.
Nec ualet ſimilitudo de filio ad legitimã ſobolem
vc3,ꝙ ſicut verbũ filius,qđ eſt aptum comprehen-
dere nepotẽ,reſtringitur in materia odioſa, vt ſolũ
comprehendat filiũ in primo gradu conſtitutum,
& non nepotẽ,ad tradita ꝑ Bart.in d.l. liberorũ, ita
ẽt in hac materia odioſa d.l.fi.appellatione ſobolis
legitimæ ſolũ cõprehendatur filius primi gradus,
ꝗa primo negatur,ꝙ diſpoſitio d.l.fi.ſit odioſa,imò
eſt fauorabilis,ex quo introducta fuit, vt aliquo ca
ſu naturales,& filij ipſorũ naturaliũ ſuccedere poſ-
ſint,non extante legitima ſobole , vt optime ꝓbaẗ
in d.l.humanitatis ibi,humanitatis intuitu natura-
lib.patrib.&c.& latius ẽt dictũ fuit.Secundo rñdeo
ꝙ de filio reſpectu nepotis ad ſobolem non proce-
dit argm̃,ꝗa filiorum appellatione nepotes conti-
nentur impropriè,& ex interpretatione l.iuſta ff.de
verborum ſignific.vt per illum textum uoluit Bart.
in d.l.liberorum col.6.Appellatione verò legitimę
ſobolis maximè in materia noſtra ẽt propriè nepo
tes continentur,ut dixi,argõ d.§.ſi quis defunctus
cũ ſimilib.¶ Secundo principaliter conſultores ad
50 uerſarij ẽt rñdebant tex. in d.l.fi.† ꝙ quatenus ibi
appellatione ſobolis continetur ẽt neptis legitima,
& naturalis ad excluſionem nepotis natis ex filio na
turali,vel ſpurio,debet intelligi de nepte à ſucceſ-
ſione non excluſa,non aũt de excluſa,qualis eſt D.
Miſina,quæ ab auo fuit dotata,& ɔñr per ſtatutum
ob exiſtentiã D.Hieronymi nepotis maſculi legiti-
mi,& naturalis à ſucceſſione aui excluſa,vt in ſtatu
to ſub rubrica de ſucceſſione liberorum patre &c.
51 ab inteſtato &c.§.1.† ex quo.n.ipſa ſemel fuit ex-
cluſa,ſemꝑ remanſit excluſa,vt hr̃ ꝑ Bar.in l.ſi filius
§.qñ ff.ad tertull.c.1.§.& ꝗa qui feud. dare poſſunt.
c.1.de ſucceſſio.feud.Bal.& alij feudiſtæ in c.1. §.1.
epiſcop.vel Abb.Alex.in conſ.87.lib.6. Decius in
conſ.627.& ideò ipſa non debet , nec põt alios , vt
nepotes ex naturali,vel ſpurio excludere:Huic mo
tiuo,vel ſecundæ rñſioni iſtorũ conſulentiũ, qui in
hoc magnum fundm̃ faciunt,optimè replicari põt:
Nã ſciendũ eſt,ꝙ hic nepos ex ſpurio debet exclu-
di,ꝗa ſibi ab auo nõ potuit fideicõmiſſum relinqui
ꝑꝑ ſuperexiſtentiã legitimæ ſobolis dupliciter, pri
mo,ꝗa eo tꝑe, quo auus fecit teſtm̃ , & reliquit fi-
dei cõmiſſum,qđ tp̃s relicti debet attendi , ut dixi
ſupra,ſupererat D.Hieronymus nepos ex filio legi-
timo,& naturali,ꝑꝑ cuius exiſtentiam fideicõmiſ-
ſum relictũ Ludouico ſpurio , & poſt eum ſuis ne-
potib.& alijs deſcendentib. ex d. Ludouico pro nõ
ſcripto habitum fuit ipſo iure,ut dixi ſupra, & hr̃ ꝑ
Bart.in d.l.ſi gener.ff.de his quib.vt indignis cũ alijs
allegatis,& ɔñr illud remanſit ipſi Hieronymo gra-
uato perinde,ac ſi non fuiſſet grauatus reſtituere d.
Ludouico,& filijs ſuis:& ipſo Hieronymo ab inte-
ſtato bona oĩa,& ſic ẽt ſubiecta d.fideicõmiſſo dela
ta,& acquiſita fuerunt hæredib.d.D.Hieronymi ve
nientib.ab inteſtato,ut ſunt mater,& ſoror ipſius,ꝑ
ea,q̃ hñr per Bart.in d.l.ſi gener cũ alijs adhoc alle-
52 gatis:† & licet ipſa neptis,hoc eſt D.Miſina dotata
dicaẗ,& ſic ſemel fuerit excluſa quoad ſucceſſionẽ
aui,cui ſucceſſit D.Hieronymus , non tñ remanſit,
nec dr̃ excluſa à ſucceſſione fratris,quin illi potue-
rit ſuccedere ab inteſtato,vt pulchrè voluit Bal. in
l.matre C.de iur.dot.& melius in l.1.C.de legit. hæ-
red.qđ cõmendat multũ Alex.in l.1.§.ueteres in 6.
col.ff.de acquirẽda poſſeſſione , ꝗ infinitos ad hoc
allegat;& faciunt,q̃ hñr per ſcribent.poſt gl.in c.q̃-
uis de pact.in 6.ꝙ licet filia ꝑꝑ dotem renunciando
cum iuramẽto paternæ hæreditati fuerit ab illa ex-
cluſa,non tñ dr̃ excluſa à ſucceſſione fratris ab inte
ſtato,vel ex teſtõ.Nec eſt verum,ꝙ alij,q̃ deſcendẽ
tes Ludouici ſubſtituti fuerint,ꝗa ſtante legitima
ſobole fuerunt incapaces,vt ſupra.Secundo ẽt ſi at
tenderetur illud tp̃s,quo relictũ , & fideicõmiſſum
delatum fuit nepoti ex Ludouico poſt mortem D.
Hieronymi,& ſic eo tꝑe,quo non extabat ſoboles
legitima maſculina(qđ expreſsè negatur, cum tp̃s,
quo fuit relictum,ſit inſpiciendũ,ut ſupra )tñ dico,
ꝙ illo tꝑe extabat ſoboles legitima fœminina , in
qua verificantur uerba illa non extante legitima ſo
bole d.l.fi.vt dictum fuit . ¶ Tertio animaduerten-
53 dum eſt.† ꝙ reſpectu bonorum,q̃ ipſi Ludouico à
Mattheo purè,ſeu poſt mortẽ Matthei donata fue
runt,ſuperſtite filio maſculo legitimo , & naturali,
donatio habere ſaltẽ effectũ debebat extãte D.Hie
ronymo nepote legitimo,& naturali d.Mathei,qui
tꝑe mortis illius ſupererat;& ideò ſiue attendatur
tp̃s factæ donationis,ſiue tp̃s , quo donatio effectũ
habere debebat,dicendũ eſt,ꝙ ipſa donatio,extan-
te legitima ſobole capaci,& ſucceſſibili,dr̃ facta Lu
douico ſpurio,& incapaci,cui nullo modo à patre
relinqui poterat,ut dixi,& ideò nulla fuit,& ipſo iu
re dr̃ acquiſita ipſi D.Hieronymo ſuperſtiti , & hæ-
redi ipſius Matthæi donatoris,per ea,q̃ uoluit Bar.
in d.ſi gener cũ alijs ſimilib.ſupra adhoc allegatis:
ꝗa non refert,an ſpurio,& incapaci relinquatur iu-
re inſtitutionis,aut legati,uel fideicommiſſi, ſeu ti-
tulo donationis inter uiuos,ſiue cauſa mortis,vt in
l.1.& auth.licet circa finem , iuncto princip. C. de
naturalib.liberis §.vltimo in auth. quib.modis na-
tural.effici.ſui colla 7.& ibi gl.Angel.& alij,auth.ex
complexu C.de inceſtis nuptijs per gl. ẽt in d. c. cũ
haberet,& gl.fi.in c.tanta,& c. ꝑ uenerabilem in fi.
qui filij ſint legitimi,& ideò omne illud, ꝙ donatũ
fuit d.Ludouico,ſuper quo nõ eſt factũ aliqđ fidei-
commiſſum ɔdõnale,dr̃ acquiſitum d.D.Hierony-
mo,& poſt illius mortẽ illud totum debuit ſpecta-
re ad hæredes ſuos ab inteſtato , & ſic ad D. Miſinã
ſororem,& dominam Conſtantiam matrem , q̃ ab
inteſtato D.Hieronymo ſucceſſerunt , ut in auth.
ceſſante C.de legitimis hæredib. & auth. defuncto
C.ad tertull.¶ Et ex præmiſſis ſaltẽ uirtualiter ſub-
lata vñr ea,q̃ tertio loco ex aduerſo pro rñſione d.l.
fi.ab aduocatis partis aduerſæ deducebantur , qm̃
vltra perſonam Ludouici,& filiorum,& deſcendẽ
tiũ ſuorũ,qui ipſi D.Hieronymo ſubſtituti in teſtõ
D.Matthei fuerunt,nullus alius reperiẗ,qui ueniẽ-
tes ab inteſtato ipſi D. Hieronymo ſuccedẽtes ex-
cludere de iure valeat,iuxta tex.in l.vnica. §.ſi naũt
ſub ɔdõne C.de caduc.tollend.& in auth.de hęred.
& falc.§.ſi quis aũt non adimplentis,& in §. ſi uero
inſtitutio cũ ibi not.ꝑ gl.Præterea & ſi qui alij poſt
filios,& deſcendentes d.Ludouici fuiſſent ab ipſo
Mattheo teſtatore ſubſtituti,tñ nullus cõparet, nec
apparet,qui tanq̃ ſubſtitutus petat ſe hęredib. d.D.
Hieronymi ab inteſtato uenientib.pręferendũ eſſe:
& ideò hæredes ab inteſtato d.Hieronymi poſſunt
dicere nepoti nato ex Ludouico, quo ad te liberas
ædes habeo, & tua non intereſt opponere de iure
taliũ ſubſtitutorum,argõ l.loci corpus.§.competit
54 ff.ſi ſerui.vendice.l.fi.C.de rei uendicat.Item † quia
de iure tertij opponi non põt,qñ illud ius tertii eſt
excluſiuũ iuris agentis ita demum,ſi ille tertius ue
lit l.2.ff.ſi ager vectiga.uel emphit.pet.cũ gl.iuncta l.
2.C.de iur.emphit.Bart.in l.2.ff.de exceptio. rei iu-
dic.¶ Quarta rñſio tradita textui in d.l.fi.C.de natu
ralib.lib.vr̃ ɔ̃ illum tex.qui vr̃ ſolum conſiderare,ꝙ
ſoboles legitima ſuperſtes fuerit tꝑe relicti ab auo

facti,

facti,& tp̄s facti teſtamēti,qm̄ qualitas adiecta uer-
bo intelligitur ſm tp̄s uerbi, ut latius dictum fuit
ſupra:& q̄uis ex poſt facto poſt mortē aui ſoboles
legitima totaliter in rerum natura eſſe deſiiſſet, &
remāſiſſet ſolus nepos ex filio ſpurio, tn̄ ex quo ꝑꝑ
ſobolē legitimā,& ad ipſa ſobole ſemel fuit exclu-
ſus,ſemꝑ debet dici excluſus, maximè qn̄ ſoboles
legitima deceſſiſſet,ſeu defeciſſet relictis ſuis hære
dib.ab inteſtato,ad quos potuit transferre dictū re-
lictum,ut ex prædictis colligitur. ¶ Parum ēt facit
quinta rn̄ſio,q̄a licet auus habens nepotē legitimū,
& naturalē natū ex ſpurio inſtituerit ſobolē legiti-
mam hæredē,tn̄ extante illa ſobole legitima,nō eſt
permiſſum aliquid relinquere uel donare tali nepo
ti,cū indignus reputetur,& ideò illud,qđ fuit ei re
lictum,remanet proli legitimæ purè, perinde ac ſi
relictū ſcriptū non fuiſſet,& ꝯn̄r poſtea ad hæredes
legitimæ prolis tranſit ꝑ ea,q̄ poſt Bart.in l.ſi gener.
ff.de his quib.ut indign.latius ſupra dixi.¶ Sexta rn̄
ſio tradita textui in d.l.fi.ꝙ ille non procedat in ca
ſu,de quo agitur,vcȝ qn̄ legitima ſoboles cū iura-
mento approbaret relictū factum nepoti legitimo
55 ex ſpurio nato,non ſubſiſtit,† q̄a in caſu occurrēti,
qn̄ D.Hieronymus promiſit,& conuenit de nō mo
leſtando Ludouicū,& hæredes ſuos in reb.donatis,
& in relictis ꝑ ſubſtitutionē fideicōmiſſariā,id fecit
p̄ſuppoſita validitate legitimationis Ludouici, &
ꝙ de iure ipſe cum ſuis deſcendentib.eſſet capax,ēt
D.Hieronymo ſuperſtite,ut conſtare pōt ex cōten
56 tis in dicto inſtr̄o promiſſionis:& ideò † cum cā ta-
lis promiſſionis erronea,& uera non fuerit,imò fal
ſa,ipſi D.Hieronymo,& hæredib.ſuis nocere nō de
bet,argu.l.q̄ ſe debere in prin.ff.de cond.cauſa dat.
imò talis promiſſio fundata in cā non uera,ſed fal-
ſa,cōdici poterat,ut in l.1.ff.de cōd.ſin.cauſ.& iurm̄
intelligitur reb.ſic ſtantib.& ſm naturā actus, ſuper
quo interponitur l.fi.C.de non numer.pecu. Præte-
rea cā proxima,& finalis,ꝑꝑ q̄̄ D.Hieronymus Lu-
douico promiſit,& ſe illi obligauit,fuit, q̄a crede-
bat Ludouicum eſſe capacem,& rectè, riteq; legi-
timatum,nā aliàs non fuiſſet ſic promiſſurus , ſi ſci-
57 uiſſet,cām illā falſam,& non ueram eſſe:† qm̄ cū ea
reſpiceret conſanguinitatem,& affinitatem, cenſe-
tur finalis; Bar.in l.demonſtratio in prin.& in §.1.in
ult.col.ff.de cond.& demon.& ideò error talis cau-
ſæ ēt ꝯ̄ctum,& promiſſionem ipſo iure uitiat,ut ibi
ꝑ Bart.in vlt.col.Præſumitur.n. ꝙ aliàs non fuiſſet
promiſſurus,ut ibi:ex quib.infertur,ꝙ licet illa pro
miſſio fuerit iurata,tn̄ ob hoc ipſe D. Hieronymus
non fuit magis obligatus,& tanto minus hæredes
ſui,qui ex iur̄o defuncti non obligantur,cum illud
ſit quid ꝑſonale c.ueritatis extra de iure. iuran. Bal.
& alij in l.1.C.de reb.cred. ¶ Et ꝙ ipſe D. Hierony-
mus ex iur̄o non fuerit magis obligatus,primo cō
ſtat,nam cū talis promiſſio fuerit nulla , quia facta
ex cā falſa,& erronea,ut ſupra,ſequitur,ꝙ ſimiliter
iurm̄ iurantem non obligauit,argu.l.fi.ff.qui ſatiſd.
58 cogan.d.l.fi.C.de nō numer. pecu. Præterea † iurm̄
obligat iurantē,qn̄ ſic uoluit,ubi.n.non adeſt con-
ſenſus,& uoluntas iurantis,nō obligatur ultra uolū
tatem,& conſenſum ſuum,argu.c.ſi uerò cū ib not.
c.cū contingat de iure.iuran.Nam iurm̄ ad hoc, ut
obliget,debet habere tres comites,ueritatem, iudi
ciū,& iuſtitiam c.animaduertendū 22. q. 2.veritati
autem, & conſenſui nihil magis aduerſatur, q̄̄ fal-
ſitas , & error l. ſi per errorem ff.de iuriſdict.omni.
59 iudi.cū ſimil. † ergo ille,qui errat,ſeu per errorē,&
ex falſa cā promittit,nō dr̄ cenſentire,& ꝯn̄r ex iur̄o
obligari non dr̄,quia error reddit, iurm̄ inualidū,
arg.d.l.ſi per errorē,& hr̄ per Bal.in c.1.§.item ſacra
menta.2.col.de pac.iuram.firman.Paul.Caſt.in cōſ.
129.& inquit Cardi.in clem.1.§.porrò de re iudic.
ꝙ ubi promiſſio eſt nulla,& inualida,ſimiliter iura-
mentum dr̄ nullum,& inualidū,& non obligat iu-
rantem,ut ibi in 6.no.& in 4.q.Hinc uidemus,ꝙ iu
ramentum non obligat dementem,nec furioſum,
q̄a mente,& ſenſu carent.§.pupillus inſtitu.de inu-
til.ſtipula.igitur cum per errorem,hoc eſt ex falſa,
& erronea cā ipſe D.Hieronymus promiſerit,quia
credidit Ludouicū eſſe rectè,& ritè legitimatū,&
ꝑꝑ hoc ſe obligauerit,illaq; cā, q̄ fuit cā proxima ,
& finalis,falſa,& erronea extiterit,idcirco nec pro
miſſio,nec ꝯn̄r iurm̄ ualuit,ex quib. ceſſant omnia
60 dicta in ſexta rn̄ſione.¶ Poſtremo † dum ſeptimo
loco rn̄dendo tex.in d.l.fi.fit dr̄ia,an ſoboles legiti
ma ſit in ptāte teſtatoris, ꝗuel ſit ſui iuris mediante
emancipatione , quia hoc ſecundo caſu legitima
ſoboles non impedit,quo minus auus poſſit nepo-
ti legitimo nato ex ſpurio relinquere , nec in caſu
iſto locū habet diſpoſitio d.l.fi.nec opinio cōis, de
qua ſupra,mihi vr̄,ꝙ hæc rn̄ſio ſit,ut uulgo dr̄, truf
fa,primo q̄a tex.in d.l.fi.loquitur ſimpliciter , & ge-
neraliter de legitima ſobole non faciendo dr̄iam
inter emancipatam,& illam,q̄ eſſet in ptāte , ergo
&c.Secundo ratio,quare nepoti ex ſpurio relinqui
non pōt,extante legitima ſobole , de qua in d.l.fi.
pariter militat in utroq; caſu,ergo &c.l. illud ff. ad
l.aquil.l.à titio ff.de uerb.obliga.Tertio prohibetur
auus nepoti ex ſpurio relinquere , ſtante legitima
ſobole,vt ipſa legitima ſoboles poſſit in parte illi re
licta ſuccedere,& ne per relictum factum dicto ne-
poti præiudicetur legitimæ ſoboli d.l.fi.& arg. d.l.
humanitatis,auth.licet C.de naturalib.libe. & in d.
61 auth.ex complexu cū ſimil.ſed † quoad effectū ſuc
cedendi(nō dico quo ad modum) nulla eſt hodie
dr̄ia inter emancipatos,& illos,qui ſunt in ptāte pa
rentū d.auth.defuncto,& d.auth.ceſſante, & in cor
pore,unde ſumuntur,§.aliud quoq; capitulū in au-
thē.ut cū de appella.cogno.ergo &c.Et q̄uis hodie
adhuc adſint aliquæ dr̄iæ inter emācipatos,& illos
qui ſunt in ptāte,ut per Alex.& alios,ubi Iaſ. in l.ſi
emancipati C.de collatio.cū ſimil.tn̄ illud eſt uerū
quoad modū ſuccedendi,uel quoad aliud , nō aūt
quo ad effectum ſuccedendi,& excludēdi ſpurios,
& filios ſuos ēt legitimatos à ſucceſſione,ut in d.l.
fi.d.l.humanitatis cum ſimil.ſupra allega.¶ Ex præ-
miſſis itaq; vr̄ de iure ſubſtentabile illud , qđ doct.
cōiter dicūt indiſtinctè in d.l.Gallus §.quid ſi is , ꝙ
extante legitima ſobole auus non poſſit aliquid re-
linquere nepoti ēt legitimo nato ex ſpurio , & ſic
ex radice infecta per tex.& rōnem d.l.fi. non obſtā-
tib.multis rationib.traditis ab aduocatis partis ad-
uerſæ.¶ Rurſus ultra prædicta doct. cōiter , ut fuit
Alex.in d.l.Gallus §.quid ſi is in pen.col.poſt.Bal.in
l.ſi quis.C.de inceſt.nupt.per illū tex. limitando d.l.
fi.cum ibi no.dicunt,ꝙ auus pōt relinquere nepoti
legitimo,& naturali nato ex ſpurio,niſi , vt dictum
fuit ſupra,extaret alia proles legitima ipſi auo, &
62 de hoc dictum fuit latiſſimè.¶ Secundo † auus ne-
poti ex ſpurio relinquere non pōt,qn̄ nepos legiti-
mus natus eſſet ex ſpurio nato ex coitu inceſtuo-
ſo ꝑ tex.in d.l.ſi q̄s inceſti.qui loquit̄ de eo,qui ha-
buit filium nō ſolum ex coitu inceſtuoſo, ſed ēt ex
coitu vetito,vt ibi ſi quis inceſti, uetitiq; coniugij;
ex quo textu infertur,ꝙ dictum ibi de coitu ince-
ſtuoſo dici pōt de uetito,& ſic ille tex.ſm Bal.ꝓbat
de nato ex coitu inceſtuoſo,vt ipſe uoluit:ergo ſi-
militer probare dicetur de nato ex coitu uetito,
63 cū de utroq; loquatur.At † vetitus coitus dr̄ nō ſo
lum inceſtuoſus,ſed generaliter ēt quilibet alius a

iure prohibitus,& vetitus,imò ſm gl.in auth.ince-
ſtas C.de inceſt.nupt. inceſtuoſus coitus cenſetur
ille,qui à iure gñaliter prohibitus eſt:& licet tex.in
d.l.ſi quis inceſti,& in d.auth. inceſtas loquatur de
inceſtis,& uetitis nuptijs,tñ auth.ex cõplexu eo.tit.
ſimpliciter loquitur de coitu inceſto, & damnato,
qđ gl.intelligit de quolibet vetito gñaliter:Itẽ Bal-
dus illum tex.in d.l.ſi quis inceſti loquentem de in-
ceſto,& vetito coniugio extendit ad quẽlibet coi-
tum gñaliter vetitum,inferendo limitationẽ ſupra
ſecundo loco poſitam,ut ibi per eũ.Ex quib.infer-
tur,qđ quoad caſum huius ſecũdæ limitationis nõ
eſt dr̃ia inter natũ ex coitu inceſto,& illũ,qui natus
fuit ex coitu generaliter uetito,ſi diligenter conſi
derẽtur iura præallegata,iunctis gloſis ibi poſitis,&
ijs,q̃ in terminis noſtris infert Bal.in d.l.ſi q̃s inceſti
ꝑ illũ textum.Sed Ludouicus,ex quo natus fuit ne
pos ille legitimus,&naturalis,de quo hr̃ ſermo,fuit
procreatus,& natus ex coitu uetito,qui dici ẽt põt
inceſtus,largè loquendo,vt per glo.in d.auth.ince-
ſtas,&in d.auth.ex complexu;ergo nos ſumus in ca
ſu limitationis Bal.in d.l.ſi quis,& Alex.in d. §.quid
ſi is.Natus.n.fuit Ludouicus ex coitu adulterino,
64 † qui dr̃ de iure uetitus,& punibilis,ut in c.1. extra
ut lit.non conteſtat.c.niſi cũ pridem. §. perſonæ cũ
gl.extra de renunciat.& ibi ſcribent.c.per uenera-
bilẽ in fi.qui filij ſint legitimi,q̃a natus fuit ex Mat-
theo coniugato,& muliere ſoluta ſaltem durante
matrimonio inter ipſum Mattheũ, & vxorẽ ſuam,
quo caſu dr̃ adulterium commiſſum,&de tali adul
terio potuit criminaliter Mattheus accuſari d.c.1.
cũ alijs ſupra allegatis,ergo cõſtat Ludouicũ natũ
fuiſſe ex coitu vetito,& damnato,imò gñaliter lo-
quendo ẽt ex inceſtuoſo per prædicta:& ex ita con
ſideratis infertur, ꝙ nepos legitimus natus ex Lu-
douico excludẽdus eſt,q̃a talis eſt,cui ab auo nihil
relinqui potuit,ẽt ſi ipſi auo tunc non ſuperfuiſſet
ſoboles legitima.Multo magis ergo hoc dicẽdũ eſt
in caſu occurrẽti,in quo auo tp̃e relicti ẽt ſoboles
legitima extitit.Et hic finẽ impono,q̃a vlterius inſi
ſtendũ eſſe non putaui,cũ in hac cã multa hinc in-
de fuerint à clariſſimis aduocatis cõſiderata,quorũ
dictis multa addidi,ut uideri poteſt. Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Legitimatio facta uiuente patre,qui poſtea legitimatũ tanq̃ filiũ hæredẽ inſtituit,a patre ratificata cenſetur,& in præiudiciũ quoq; uenientiũ ab inteſtato ualet, Declaratur nu. 52.*

2 *Et facta poſt illius mortem ex præordinatione ſua ualet ẽt ad præiudicium eorũdem,quib.eſſet ius acquiſitum ex aditione, & apprehenſione poſſeſſionis.*

3 *Legitimandi poteſtatem habens ab imperatore abſq; clauſula non obſtantibus legibus in contrarium facientib.non poteſt legitimare ſpurios quoad effectum ſuccedendi: Secus ſi a papa hanc poteſtatem etiam abſq; illa clauſula haberet.*

4 *Papa legibus imperialibus non ligatur.*

5 *Infantis legitimatio ab habente ptãtem facta ẽt ad ipſius infantis petitionem ualet.imò ẽt illo inuite ſm quoſdã nu.7.et 26. Contra alij tenent nu.8.& 23.quod declaratur num.29.*

6 *In legitimatione ſufficit nõ contradictio,quæ habetur pro cõſenſu,& ratificatione nu.26.*

8 *Infantis legitimatio ab initio non ualens irrouocabiliter poteſt ex poſt facto per ipſius legitimati ratificationem confirmari, & nu.26.& 32.*

9 *Et ualet,ẽt ſi non appareat,ꝑ quem fuerit petitum noĩe infantis,ſaltem ad effectum,ut ab eo poſſit ratificari,& nu.26.*

10 *Legitimatio facta ſiue ad inſtatiã,ſiue cũ ratificatione,et cõſenſu patris ualet ẽt ad præiudicium uenientiũ ab inteſtato.*

11 *Legitimandi per reſcriptum poteſtas eſt de reſeruatis principi nullusq; præter ipſum ita legitimat,niſi is,cui ſpecialiter hoc ipſe conceſſerit,& num.33.*

12 *Legitimandi poteſtas quæ ſit,& quo iure competat.*

13 *Legitimare quid ſit.*

14 *Legitimandi poteſtatẽ comes,& inferior ſolum habere dicitur, quatenus à principe ei conceſſum reperitur,nec illam habens ſuper maioribus cenſetur etiam habare ſuper minorib.*

15 *In priuilegijs,et gratioſis nõ ꝓcedit argm̃ de maiori ad minus.*

16 *In iuriſdictione reſeruata alicui tanquam ſuperiori inferior manum non apponit,niſi quatenus à ſuperiore conceſſum ſit.*

17 *In generali poteſtate legitimandi inferiori conceſſa non comprehenditur poteſtas legitimandi ad feuda.*

18 *Comes non poteſt in præiudicium filiorum legitimare abſque ſpeciali ſuper hoc poteſtate à principe obtenta.*

19 *Priuilegij tenor ſemper inſpiciendus.*

20 *Arrogandi poteſtatem comes non habet,niſi hoc in ipſius priuilegio contineatur.*

21 *Legitimare non poteſt comes ad effectum ſuccedendi agnatis, & cognatis,niſi expreſsè in priuilegio hoc dictum ſit.*

22 *Generalis poteſtas conceſſa inferiori nõ extenditur ad ea,quæ ſupremæ principis poteſtati inhærent.*

23 *In legitimatione,quæ fit ad inſtantiam filij,debet filius eſſe legitimæ ætatis,in qua poſſit conſentire.*

24 *In generali conceſſione legitimandi data comiti non comprehenduntur infantes,niſi & hoc fuerit ſpecialiter conceſſum.*

25 *Legitimare poſſe aliquem etiam inuitum,& con conſentientem eſt exorbitans,& contra iuris regulas.*

27 *Legitimari poteſt is etiam,qui in vtero eſt.*

30 *Bartol.in l.iubemus.C.de emancipat.liber. & in l.fi.ff.de his,qui ſunt ſui, vel al.iur.* } *declaratur.*

31 *Infantem poſſe inuitum legitimari quomodo intelligatur.*

32 *Legitimatio infantis ſtatim irreuocabiliter nõ valet,niſi ipſius maioris facti ratificatione ſequuta.*

33 *Legitimationis per reſcriptum uirtus,quare ſolius principis ſit uel illius,cui ſpecialiter à principe ſit conceſſum.*

34 *Defectus nullus maior eſt eo,qui ex incompetentia,& iuriſdictionis defectu prouenit.*

35 *Legitimatio,in qua non fit mentio de agnatis,tanquam ſubreptitia oon valet,etiamſi comes poteſtatem legitimandi haberet etiam extantibus agnatis,& uiuente patre,illis non citatis legitimare poſſet.*

36 *Eoq; magis,ſi in legitimandi poteſtate eſſet poſita clauſula abſque præiudicio venientium ab inteſtato.*

37 *Et quid hæc clauſula operetur.*

38 *Legitimandi poteſtas abſq, præiudicio uenientium ab inteſtato dicitur quædam diſpenſandi poteſtas,& non ſimpliciter legitimandi:& quid legitimatio hoc modo facta operetur.*

39 *Legitimatio propriè quæ dicitur.*

40 *Legitimatio illius,qui natus ex ijs,inter quos matrimonium eſſe nõ põt,à ſolo Papa,et nõ ab Imperatore fit: Quid ſi ex prohibitione legis diuinæ matrimoniũ inter illos eſſe non poſſet.*

41 *Diſpenſatio,& nõ legitimatio dicitur de nato ex ijs,inter quos ex prohibitione legis diuinæ matrimonium eſſe non potuit,vt ex adulterio.*

42 *Diſpenſatio eſt quid maius,magisq; odioſum,quam legitimatio, & legitimandi ſimpliciter poteſtatem habens non habet poteſtatem diſpenſandi.*

43 *Diſpenſatio cum illegitimis requirit citationem agnatorum,et illorum,quib.ex ea præiudicium fieret.*

44 *Legitimãdi ptãs data cũ clauſula ſine p̃iudicio uenientiũ ab inteſtato an cõprehendat,ut agnatis extantib.poſſit legitimare.*

45 *In legitimandi ptãte non arguitur ex tacita,& præſumpta mẽte cõcedentis,ſed verba expreſſa,& ſpecifica requiruntur.*

46 *Legitimatio a comite fieri debet cũ cognitione, et expreſſione iuſtæ cauſæ, maximè ſi fieret ad inſtantiam patris,ſecus in principe.*

47 *Subſtitutus alicui in caſu,quo toto tp̃e uitæ ſuæ nollet,vel non poſſet eſſe hæres,ſi is fuerit ſemꝑ incapax,ut quia ſpurius,ne que unq̃ perfectè legitimatus,tanquam uulgariter ſubſtitutus in caſu impotentiæ ad totam hæreditatem admittitur poſt mortem primi inſtituti,& eo tempore quo remedio ſit ad ſucceſſionem,& poſſeſſionem admitendus nu.49.*

48 *Subſtitutio*